tingebat. Prebebāt discipuli ministeriū corporis p̄
bebat ille adiutoriū maiestatis de quo dictū ē. Vic
est q̄ baptizat. **ALCVI.** Solet aut̄ qm̄ si in baptis
mo discipuloz christi sp̄scō dare: cū dicat sp̄s
scūs nondū erat dat: qz iesus nondū erat glorifica
tus. Sed sciendū q̄ dabaē sp̄s: lñ nō ea manifesta

Johannes

tione qua post ascensionem in linguis igneis datur est: quod sicut ipse Christus in hoie que gerebat: semper habebat spiritum: sed tunc postea super ipsum baptizatum visibiliter descendit spiritus in spiritu colubus: sic autem manifestum et visibile aduentum spiritus sancti qui cum sancti eum latenter habere potuerunt. AVG. ad Seleutianum. Intelligimus autem discipulos Christi iam fuisse baptizatos sine baptismo Iohannis: sicut nonnulli arbitrantur: siue quod magis credibile est baptismo Christi: neque enim ministerio baptizandi defuit: ut haberet baptizatos filios: per quos ceteros baptizaret: qui non defuerit illius humilitatis mysterio quod eis lauit pedes. CHRY. Secedens autem Christus de iudea: rursus eisdem adhuc quibus et prius. vii subditur. Et abiit iterum in galileam. Sicut autem apostoli expulsi a iudeis ad getes venerunt: ita et Christus ad samaritanos accedit: sed tunc omnino auferens a iudeis excursionem: non principaliter ad eos vadiit: sed quasi transiens: quod euangelista occulte ostendit dicitur: Oportebat autem eum transire per samariam. Accepit autem hanc nominationem: quia mons Samarie somer dicebatur: ab eo qui possedit. sed qui ibi habitabat olim non samaritanus: sed israelite vocabatur. Tempore autem precedentem offendunt deum: et rex assyriorum ultra eos ibi manere non permisit: sed in babylonem et medos duxit: in Samaria vero gentes ex diversis locis ductas habitare fecit. Volens autem deus ostendere quod non propter imbecillitatem iudeos tradidit: sed propter peccata eorum qui traditi sunt: immisit barbaris leones quod eos ledebat. Annuntiata sunt hec regi: et mittit sacerdotem quemadmodum traditurum eis dei leges: sed tamquam neque ita ex toto ab impietate distiterunt: sed ex media parte. Etenim tempore precedentem rursus ad idola quidam resulerunt: venerabantur tamen deum qui a monte samaritanos seipso vocabant. BEDA. Ideo autem oportebat ipsum transire per Samariam: quia sita est inter iudeam et galileam. Est autem Samaria insignis primitus palestine ciuitas: adeo ut tota regio ei sociata Samaria dicatur. Ad quem igitur ipsius regionis locum dominus verterit euangelista ostendit. unde ergo dicitur: Uenit ergo in ciuitatem Samarie que dicitur Sichar. CHRY. Locus ille erat ubi per dina leui et symeon grauem occisionem fecerunt. THEOPHI. Postquam autem filii Iacob illas ciuitates desertam fecerunt occidentes Sichimitas: hanc ciuitatem desertam tempore precedentem dedit Iacob in sortem Ioseph. unde dicitur in genere: Do tibi partem unam extra fratres tuos: quia tuli de manu amorei in gladio et arcu meo. et hoc est quod subditur: Juxta predium quod dedit Iacob Ioseph filio suo. Sequitur: Erat autem ibi fons Iacob. AVG. Puteus erat: sed omnis puteus fons: non omnis fons puteus. ubi enim aqua de terra manat: et versus prebet haurientibus fons dicitur: sed si in promptu et superficie sit: fons tunc dicitur. Si autem in alto et in profundo sit: ita puteus vocatur ut nomen fontis non amittatur. THEO. Quare autem euangelista de presdio et fonte facit mentionem: primo quidem ut cuicunque mulierem dicentem quod pater noster Iacob dedit nobis hunc fontem: non admireris. secundo ex commemoratione fontis et presidis edocemur: quod ea que patriarche propter fidem quam in deo habebant adepti sunt: iudei propter eorum impietatem perdidérunt: et

eorum loca gentibus tradita sunt: quare nihil nouum nunc accidit quod gentiles per iudeis regnum celorum coheredit. CHRY. Christus igitur in Samariam accedit faciliter et delitosam vitam abiciens laboriosam vero sequens: non subiungibus utriusque: sed ita diffusculter incedit ut ex itinere fatigetur: erudiens nos ita a singulis alienos esse: ut in ita necessaria abscondit. Mus a nobis: et hoc euangelista ostendit dicens: Jesus ergo fatigatus ex itinere. AVG. Inuenimus Iesum fortem et infirmum: quia in principio erat verbum. infirmum: quia verbum caro factum est. Sic ergo infirmus Iesus ab itinere fatigatus: sedebat sic super fontem. CHRY. q.d. Non in thoro aut pulchri: sed simpliciter ut contingebat super terram. Sesilio autem propter laborem facta est: et ut expectaret discipulos: et propter estum refrigerans corpus apud fontem. unde sequitur: Hora autem erat qua sexta. THEO. Et ne quis incusaret dominum quare ipse in Samariam venierit: cum hoc discipulis suis prohibuerit: propter hoc dicit quod circa illum locum sedebat. sed ab itinere cessauit. ALCVI. Mystice autem dominus reliquit iudeam. i. infidelitatem eorum qui eum reprobauerunt: et per apostolos abiit in galileam. i. in volubilitatem huius mundi: docens iustos transmigrare de virtutis ad virtutes. Primum autem non tam Ioseph quod Christo arbitrio derelictum: cuius figuram Ioseph portauerit: quod vero sol adorat et luna et omnes stelle. Ad hoc praeidit venit dominus: ut samaritani qui hereditatem sibi patriarache Israel vendicare cupiebant: agnoscerent et converterentur ad Christum: qui est patriarche legitimus heres factus. AVGUSTINUS. Iter autem ipsius est caro pro nobis assumpta: qui enim ubique est: quo ita nisi quia non ad nos veniret: nisi formam visibilis carnis assumeret: Ideo fatigatus ab itinere quid est aliud quod fatigatus in carne: Quare ergo hora sexta: quia etate seculi sexta. Computa tanquam unam horam unam etatem ab adam usque ad noe: secundam a noe usque ad abraham: tertiam ab abraam usque ad dauid: quartam ad dauid usque ad transmigrationem babylonis: quintam usque ad baptismum Iohannis. unde letta agitur. AVGUSTINUS. li. lxxviii. questi. Hora igitur sexta venit ad puteum dominus noster. Video in puteo tenebrosam putredinem. Admoneor ergo intelligere mundi huius infinitas partes. i. terrenas quo venit dominus: i. celus hora sexta. i. sexta etate generis humani: tanquam senectute veteris hominis quo iubemur exi ut unduamur nouo. nam sexta etas senectus est: quoniam prima est infantes: secunda pueritia: tercia adolescencia: quarta iuventus: quinta grauitas. Hora etiam sexta venit dominus ad puteum. i. medio die: unde iam incipit sol iste visibilis declinare in occasum: quod minuitur: et inuisibilium amore homo interior res creatus ad interiorum lucem que nunquam excidit revertatur. Quid autem sedet humilitatem significat vel quoniam solent federe doctores: magistri denuntiat personam.

Uenit mulier de Samaria haurire aquam. Dicit ei Iesus: Da mihi bi-

bere. Discipuli enī eius abierant in ciuitatē ut cibos emerent. Dicit ergo ei mulier illa samaritana: Quō tu iudeus cū sis bibere a me poscis q̄ sum mulier samaritana? Nō enī contūtur iudei samaritanis. Rūdit iesus t̄ dixit ei: Si scires donū dei: t̄ q̄s ē qui dicit tibi: da mihi bibere: tu forsan petisses ab eo: t̄ dedisset tibi aquā uiuām. Dicit ei mulier: Dñe neq̄z in quo haurias habes: t̄ putens altus est. Unde ergo habes aquā uiuām? Nūquid tu maior es p̄r n̄ro iacob q̄ dedit nob̄ p̄teuz? ip̄e ex eo b̄sb̄t t̄ filij ei? t̄ pecora ei?

CHRY. Ne q̄s dicat: q̄n aduersatur s̄no p̄cepto: samaritanis loquēs posuit euāgelista multas causas c̄ q̄ ad mulierē locutionis. non enī ad hoc v̄ni antecedēter vt samaritanis loqueref: nō tñ q̄a p̄p̄t hoc nō venit: adueniētē ad se expellere oportebat. dicit. n. Venit mihi de sama. hau. aquā. Cide q̄ t̄ mulierē oñdit. pp̄t estū exētez ad aquām. **AVG.** Nec aut̄ mulier forma ē ecclesie nō iusticataled ī iusticā de. Pertinet aut̄ ad imaginē rei q̄ ab alienis venit. Samaritanī enī alienigene fuerūt quāq̄ vicinas fr̄as incolerent: ventura enī erat eccl̄ia d̄ gētib̄ t̄ aliena a genere iudeoz. **THEO.** Lōgne aut̄ disputatio ad mulierē a siti sup̄p̄t occisionē. Seqtur enī: Dicit ei iesus: Da mihi bibē. q̄: f̄z humanitatē sitiebat: t̄ pp̄t laborē t̄ estu. **AVG.** li. lxxviii. q̄. Sitiebat etiā iesus mulieris illi? fidēz: eoz enī fidē sit. p̄ quib̄ sanguinē fudit. **CHRY.** Dicim̄ aut̄ oñi nō solū circa itinera validū robū: sed etiā circa cibaria negligētiā: non. n. discipuli ei? deferebant viaticula. pp̄t h̄ enī subdit. Discipuli at̄ ei? abie. i. cui. vt ci. emerēt. Vinc etiā euāgelista oñdit ch̄stū hūlē in eo q̄ sol̄ relinq̄baſ: t̄ numerum poterat si vellet aut nō oēs emitte: aut abeūtib̄ ille. alios ministros habē. s̄z noluit. Etēnī ita discipulos affusefecit oēm sup̄biā conculcare. Sed fortaſſe vicer aliq̄s: Quid magnū ē si humiles erāt discipuli p̄ſcatores existētes t̄ tabernaculoz factores: s̄z repēte facti sūt oib̄ regibus reuerentiores: collocatores t̄ ſecutores dñi orbis terraz. Marie aut̄ q̄ er humilis? ſūt: q̄n dignitates q̄nq̄q̄ ſup̄p̄lerint ſaſaliad ſup̄biā eleuant velut in exige ſe hūtēs ad tātū bonorē. Detinēt̄ igis discipulos dñs i. eadē hūtūtate erudiebat eos: vt q̄ ola ſe reſtringerēt. Muli er gaudiēs: Da mihi bibere: valde ſapiēter ad ſomādā interrogatiōz: eū q̄ a christo accepit ſimone. vñ ſeq̄. Dic̄ ḡ illi mu. Quō tu cū iu. ſis a nie bi. pos. q̄ ſi mu. samaritana: Judeū q̄dē eū eſſe estimauit a figura t̄ a locutiōe. Intuere v̄o q̄l̄iter mulier inqſitiua erat. Eſſi enī oportebat custodire iesū vt nō. coſteret illi nō tñ oportebat illam custodire. Nō di-

xit euāgelista q̄ samaritani iudeis nō conterent. s̄z subdit: Nō enī coutūt̄ iudei samaritanis. Judei igitur a captiuitate retinetēs zelotipe ſe ad samaritānos hēbāt ſic ad alienigenas t̄ ip̄tignatores. Neḡ etiā ſcripturis oib̄ v̄tebanſ. ſolū enī ea q̄ moysi ſūt ſuſcipiētes: prophetarū nō multā curā hēbāt. Con tendebat etiā ſe i nobilitatē iudaicā imittere. vñ et iudei eos cū oib̄ gētib̄ abominabāt. **AVG.** Et oib̄ eoz vasculū nō v̄tebanſ iudei. Et q̄ ſerebat ſe cū mulier vasculū vnde aquām baurirer. eo mirata eſt q̄z inde petebat ab ea bibē: qđ nō ſolebat facē iudei. **CHRY.** S̄z q̄l̄iter xp̄ius q̄ſuſt ab ea bibē le ge nō ſcedere. Si aut̄ q̄ ſixerit: q̄ ſciebat eā nō daturā: ino ppter h̄ neq̄ petē oportebat. Eſt igit̄ dicēdū q̄ iō perit: q̄z indifferēt̄ erat de reliq̄ tales obſuſtias p̄terire. **AVG.** Ille at̄ q̄ bibē q̄rebat ſi tiebat fidē ip̄i mulieris. vñ ſeq̄: Rūdit ie. t̄ di. ei. ſi ſcires do. dei: t̄ q̄s ē q̄ dīc̄ ti. da mibi bi. tu for. petui. ab eo t̄ de. ii. aquā viuā. **ORI.** Nā quaſi dogma quoddā ē nemine accipe o uiuū donū ex nō q̄retib̄ bus illud. ipsū aut̄ ſaluatorē iubet p̄ poſcē vt det il li ſim illud: Postula a me t̄ dabo tibi gētes hereditatē tuā. Et ip̄e ſaluator dicit: Petite t̄ dabis vobis. t̄ iō ſignat̄r dicit: Petiſſes t̄ dediſſet tibi. **AVG.** lxxviii. que. Hinc at̄ ei oñdit nō ſe talē aquā petiſſe q̄lē ip̄a intellexerat: s̄z q̄ ip̄e ſciebat fidē ei? eidez ſtienti ſpinſcū dare cupiebat. Dāc enī recte intelligim̄ aquā viuā qđ ē donū dei: ſic ip̄e ait: Si ſcires donū. **AVG.** ſup̄ 30. D̄f enī vulgo aq̄ viuā illa q̄ de fonte erit. illa enī q̄ colliḡt de plūmia ſi lacunas aut̄ cisterias aqua viuā nō dr. Eſt̄ de fonte manauerit t̄ in loco aliquo collecta ſteterit: nec ad ſe ilſi lud vnde manabat admiserit: s̄z i rupto meati ſtāḡ. a fōſi trāmite ſep̄ita ſuerit: nō d̄f aq̄ viuā. **CHRY.** Sp̄us enī ſci gratiā q̄nq̄ ſcriptura ignē q̄nq̄ aquā vocat: oñdens q̄n nō ſubſtātie ſūt hec noia rep̄ita tua: s̄z actiois. Per ignis q̄dē appellatiōeſ erectiuū t̄ calidū gratie t̄ ſup̄p̄tū petōz enigmātice inſinuat. per aq̄ v̄o nūncupationēz purgamentū qđ ē ex ſp̄u t̄ multū refrigeriū recipiēt̄ eū mētib̄ oñdit. **THEO.** Bratiā ḡ ſp̄uſſanci dixit aquā viuā. i. vii uificatiua: re. rigeratiua: t̄ motiuā. Nā grā ſp̄uſſci ſenq̄ mouet illū q̄ bona opatur: aſcēſiones i corde ſuo diſponēt̄. **CHRY.** Itēz aut̄ dñs eā ab humili ſuſpitione erexit q̄ estimabat eū vñ multop̄ eſſe multū. n. honorez tribuēs dñm vocat. Seq̄ enī: Dicit ei mu. Dñe neq̄z in quo hau. ha. t̄ pu. altus ē. vñ ḡ habes aquā viuā. **AVG.** Uideſte quō intellexit aquā viuā. ſ. aquā que erat i illo fonte. q. o. Tu mihi viſ dare aquā viuā t̄ ego ferō vnde hauriā: t̄ tu non fers. de hac ergo aqua viuā mibi dare non potes: q̄n ſauritorū non habes: forte aliū ſontē p̄mittis. Sed nū q̄d tu ma. es pa. no. ia. q̄ dedit no. pu. iſtū t̄ ip̄e ex eo bi. t̄ fi. ei? t̄ pe. ei? **CHRY.** q. o. nō potes dicere q̄ iacob dedit nobis hūc fontem t̄ alio ip̄e vſus eſt. etenī ip̄e ſtu ex eo bibebant: qđ non eſſet ſi meliorem alium habuiffent. de hoc igitur fonte dare non potes alii aut̄ meliore ſo nō eſt te habere niſi cōſideraris teipſū maiore eē iacob. vnde igis habes aquā quā p̄mittis te datū ſe nobis. **THEO.** Qđ aut̄ dicit: At̄ pecora ei?: oſtēſuſi ē abūdantie aquariū quaſi diceret. Nō ſolum ſuauis eſt

Johannes

aqua ut iacob ex ea biberet et filii ei? si etiam intantum est abuidas: ut tate etitudini pecorum priarche sufficiat.

CHRY. Vide autem qualiter seipsum impulsus in nobilitate iudaicam. Samaritani enim abraham progenitorum suum dicebat: quia a chaldea existet: si et iacob patrem vocabant quia ipsius existente nepote. **BEAD.** Cel patrem suum iacob vocat: quia ipsa sub lege moysi vixerat: et perdiu quod iacob filio suo ioseph dederat possidebat. **ORI.** mystice autem fons iacob scripture sunt: siquidem instructi in scripturis bibunt: ut iacob et filii eius. Simpliciter autem et rudes bibunt more pecorum iacob.

Andit iesus et dixit ei: Ois qui biberit ex aqua hac sicut iterum. Qui autem biberit ex aqua qua ego dabo ei: non sicut sicut in eternum: sed aqua qua ego dabo ei: sicut in eo fons aque salientis in uita eterna. **Dicit ad eam mulier:** Domine da mihi hanc aquam: ut non sitiam neque ueni am huic haurire. **Dicit ei iesus:** Vade uoca vium tuum: et ueni huic. **A**ndit mulier et dixit: Non habeo vium. **Dicit ei iesus:** Bene dixisti: quia non habeo vium. Quinque enim viros habuisti: et nunc quem habes non est tuus. **Hoc uere dixisti.**

CHRY. Cum mulier quesuisset: numquid tu maior es patre nostro iacob: non dixit maior: sed: ne videres gloriariri. sed per ea quae subdit hoc ostendit. **Sequitur enim:** Andit ie. et dixit ei: Ois qui bi. ex aqua hac sicut iterum: quod at bi. ex aqua qua ego da. ei: non sicut sicut in eternum. q. d. Si mirabilis fuit iacob: quod hanc aquam dedit: si dabo tibi multo hac potiori: quod dices: non aut ab hac excusatione: sed ex supereminencia operatione facit. non enim dicit: quoniam hec aqua vilis est et ceterabilis: sed id quod natura testas hoc ponit. scilicet ois qui bibit ex aqua hac sicut iterum. **AVG.** Quod quidem vero est de aqua sensibili: et de ea quae significat illa aqua etenim aqua in puto voluptas est scilicet: in profunditate tenebrosa: hic enim aqua hydria cupido datur. nam quod non peruerit cupiditatem: peruenire non potest ad voluptatem. **L**uca puenerit quisque ad voluptatem scilicet huius: numquid non sicut: ergo de hac aqua quae biberit sicut iterum. **S**i autem accepit a me aquam non sicut sicut in eternum: nam quod sicut quod inebriabuntur ab uertate dominus dei: perirentque sagina quadam in satietate spiritus sancti. **CHRY.** Nam autem excellentiam huius aquae ut sicut qui ex ea biberit non sicut sicut in eternum: per ea quae sequitur ostendit. **Sequitur enim:** Sed aqua qua ego dabo ei fieri in eo fons aquae salientis in vita eterna. q. d. **Sicut** quod fonte huius intra se positum neque afficiet siti: ita et quod hanc aquam huius. quae ego ei dabo. **THEO.** Nam aqua qua ego tribuo semper multiplicatur. semina enim et per multiplicem boni sancti sumunt per gratiam: ipsa vero negotiantur et operantur ad ei augmentum. **CHRY.** Vide autem mulier paucatim ad dogmatum altitudinem dicens: nam prius quidem estimauit eum iniquum quendam esse indeum: deinde audiens aquam viuam suspicata est de sensibili hoc

dici: postea discens quoniam spiritualia erat quod dicebant: crederat quidem quoniam potest aqua satis necessitatem tollere. nondum autem sciebat quecumque hec aqua: sed querebat ea superiore sensibili estimans. **viii** subditur: **Dicit** ad eum mulier: Domine da mihi hanc aquam ut non sitiam neque veniam huic haurire. **Et** sic eum patriarche iacob proprie de quo tamquam opinione habebat. **AVG.** **U**lterius aliter: **A**dbut illa mulier carnem sapit: delectata est non sicut tire: et putabat hoc fuisse carnem sibi primissimum esse a ostio. dederat autem deus aliquis seruo suo belie ut per dies. xl. nec esuriret nec sitaret. quod hoc potuit dare per xl. dies non poterat dare semper: delectata autem tali munere rogat ut ei aquam vivam dare. **viii** sequitur: **Dicit** ad eum mulier: Domine da mihi hanc aquam ut non sitiam: nec veniam huic haurire. **A**nd laborum enim indigentia cogebat: et laborum infirmitas recusabat. **Vnde** audiret: **Venite ad me omnes qui laboratis et onerati estis: et ego vos reficiam.** hoc enim dicebat iesus et iam non laboraret: sed illa nonnulli intelligebat: denique voluit dominus ut intelligeretur. **Vnde** sequitur: **Dicit ei iesus:** **vix** tuum et veni huic. **Quid est hoc:** per vium suum ei volebat aquam illam dare: an quod non intelligebat: per vium suum eam volebat docere: sic aplius dicit de mulieribus: **Si** quod volunt discere domini viros suos interrogat. sed ibi dicitur: non est iesus qui doceat. cum vero ipse dominus aderat quod opus erat ut per vium ei loqueretur: numquid per vium loquebatur marie qui sededit ad pedes eius? **CHRY.** Quia igitur instabat mulier accipe aquam primissimam: quarens dicit ei iesus: **Voca** vium tuum: quasi ostendens quoniam et illud oportet his coicare. **B**autem festinans accipe et rei turpitudinem occultans: adhuc estimabat se ad hominem loquendam. **viii** sequitur: **Dicit** mulier et dicit: non habeo vium. **Hoc** audiret christus: opportune de reliquo redargitione inducit. nam et propter viros enumerat et eum quod nunc occultabat redarguit. **viii** sequitur: **Dicit** ei iesus: **bni** dixisti: quod non habeo vium. **AVG.** **I**ntelligens reuera istam mulierem non habuisse tunc viam: sed verebat nescio quo non legitimo viro. **viii** ei uenient mysteria loquantur dicens: **Quinque viros habuisti?** **ORI.** **V**ide autem si possibile est fontem iacob mystice totas esse scripturas. aquam vero iesu ea per quibus edite sunt: quod non est licitum omnibus perscrutari eo quod que scripta sunt dictantur hoies. **Quae** vero oculi? non videt: nec auris auditur: nec in cor hois ascenderunt: in scriptis non potest redigi sed ex fonte aquae salientis in vita eterna. **I**uxta spiritus discipline patet ut his quod nonnulli humani cor gestant sed potest dicere: **N**os sensu christi habemus. **Cum** ergo suscipit per funditatem eborum et si ad modicum quiueatur: denique insitens dubitabit. qui autem dubitabit de aqua christi: ad hunc prouocetur: ut fons omnis quatuor prouipat in eo: sursum scaturientib[us] aqua et quolam est metu ad consequentiem huius aquae ad vitam eternam. **P**olebat autem mulier fine aqua iacob angelice et super hominem discere reveritatem. neque enim angelus indiget fonte iacob ut bibatur: sed quilibet in se habens fontem aquae scaturientem in vita eternam ab ipso verbo. **E**t hoc est quod subditur: **Dicit** ei mulier: Domine da mihi hanc aquam: sed impossibile est hic absque ea que hauritur ex fonte iacob aqua caputque datur a verbo. **Vnde** petet samaritane aquam: videt dicere iesus se illam perbere non alibi quam in fonte iacob. **viii** sequitur: **Dicit** ei iesus: vade uoca vium tuum: et veni huic. **S**i enim sitiamus: idoneus est primo pocula sumere et ex fonte iacob. fuisse autem aplim vir aie lex est. **AVG.**

li. leccij. que. Quicq; aut̄ viros qnq; libros q p moy
sen ministrati sunt nōnulli accipiūt. qd̄ aut̄ dictū ē:
Et huc quē habes non ē tuus vir: de seipso dñm di-
gisse intelligunt: vt iste sit sensus: pmo quinq; libris
mosi quasi qnq; viris seruisti: nūc aut̄ quē habes
i. quē audis non ē tu? vir: qz nondū in eū credisti.
sed qn̄ nondū credens christo: adhuc illoꝝ qnq; vi-
roz i. qnq; librorū copulatō tenebat: pōt mouere
quō oīci potuerit: qnq; viros habuisti: qsn̄ nūc eos
iam nō haberet. oīnde quō pōt intelligi a qnq; il-
lis libris recedere hoīem vt ad christū transeat: cuꝝ
ille qui credit in christū: nō relinquēdos illos qnq;
libros sed spūaliter intelligendos multo audi? am-
plicatur. Et ḡ alius intellectus. AVG. sup Jo.
Videns enī ielus qz mulier non intelligebat: et vos
lens eam intelligere. Voca inquit vīz tuū. i. p̄senta
intellectū tuū. cu enī ordinata fuerit vita: intellect?
iam regit: ad ipsam aīam p̄tinens. nō enī aliud ali
quid est qz aīa: sed aliquid aīe est intellect? hoc ipsū
aīe qd̄ intellect? et mens dicitur: illuminat̄ luce suꝝ^{periore}. Talis lute cū muliere loquebatur: et i illa in-
tellect? non aderat. ergo dñs tanq; diceret illustra-
re vole: et non adest quē: voca inquit virū tuū ad hī
be intellectū p̄ quez docearis: quo regaris: et adhuc
illa nondū vocato illo viro nō intelligit. Videl aut̄
tem mibi qnq; viros p̄ores anime nos posse accipe-
qnq; sensus corporis. ante enī qz quisq; possit vī ras-
nonen regis nisi sensibus carnis: sed cuꝝ ceperit
anima capar esse rōnis: aut a sapiente mēte regitur
aut ab errore: sed error nō regit sed pdit. Post illos
qnq; sensus mulier illa adhuc errabat. error aut̄
ille nō erat legitim? vir: s̄ adulter. Dicit ḡ dñs Ios.
le iſu adulterū q̄ te coruumpit: et voca virū tuū ve-
intelligas me. ORI. Ubi aut̄ decebat confutari a
iēi p̄pati samaritanē virū: non esse virū nisi apud
sonē iacob: potest etiā intelligi si vir anime lex ē
q̄ samaritana fīm congruā acceptionē verborum
legis rīti infidelū tanq; viro illegitimo se subiicie-
bat. Renocatur aut̄ ad verbū veritatis quod resur-
rectiꝝ erat a mortuis nō deinceps moritū.

Dicit ei mulier: Dñe: uideo quia
ppheta es tu. Patres nostri i mon-
te hoc adorauerūt: et uos dicitis qz
hierosolymis est locus ubi adorare
oportet. Dicit ei iesus: Mulier cre-
de mihi: qz uenit hora qn̄ neq; i mō-
te hoc: neq; in hierosolymis adora-
bitis patrē. Vos adoratis qd̄ nesci-
tis: nos adoram? qd̄ scim?: qz salus
ex iudeis est. Sed uenit hora et nūc
est: qn̄ ueri adoratores adorabunt
patrem in spū et ueritate. Nam et
pater tales querit qui adorēt eum.
Spū ē de?: et eos q̄ adorant eū: in
spū et ueritate oportet adorare.

CHR. M̄ulier aut̄ a christo reprehensa non cō-
tritata ē: neq; dimittens fugit: s̄ admiratur magis
et imorat̄. vī or̄. Dicit ei mu. tñne vi. qz ppheta es tu
q. d. In hoc q̄ mibi occulta vici: oīderis ppheta
ee. AVG. Et sic cepit ad eā venire vir: nōdū plene
venit. Propheta dñm putabat: erat qdē et ppheta.
nā de seipso ait: Non ē ppheta sine honore nisi in
patria sua. CHR. Deinde qz h̄ suspicata ē: nihil
mundanū eu interrogauit: nō de corpis sanitate: non
de vitiis: non molestias sitiēdo: p doctrinis sollicitis
AVG. Et icipit q̄rere q̄ illā solet mouere dices:
P̄res no. i mō. h̄ adora. et vos di. qz h̄iero. ē lo. vbi
ado. oporet. Cōtēto q̄ppe fuerat inē samaritanos
et iudeos: qz iudei in tēplo a salomōe fabricato ado-
rabant deū: et iō meliores se eē iactabāt. Quibus sa-
maritani dicebant: quō iactatis vos: qz tēplū hētis
qd̄ nos nō hēm. nūqd̄ p̄res nři q̄ deo placuerūt in
illo tēplo adorauerūt. Nel? ḡ nos in hoc monte
deū rogam?: vbi p̄res nři deū adorauerūt. CHR.
Qd̄ aut̄ dicit: P̄res nři eos q̄ citra abraam sit intel-
ligit: etenī illic aut̄ filiū suū obtulisse. ORI. Uel
samaritani montē q̄ of garizim: iuxta quē iacob ha-
bitauit sanctū reputātes: in eo deū adorāt. S̄ iudei
mōtē syon sacrū qd̄ arbitrantes: illū locū putat eē
electū a deo. verū qz iudei a quib? sal? pcessit exē-
plū sit opinatiū sanos sermōes. Samaritani vō oī
uersimode opinatiū: agnē garizi qdē samaritani si-
gnificat: qd̄ vocatur distinctio seu diuīsio: at iudei
syon qd̄ ē specula. CHR. Christ? aut̄ nō soluit
qōnē festim: s̄ ad altiora mulierē trahit: de qbus
nō p̄is ei locut? ē: donec festa ē qn̄ pphā ē: vt cuꝝ^{m̄la} certitudine audiat de cetero q̄ dicūt. vī seqz:
Dic ei ie. Mu. cre. mī. qz ve. ho. qn̄ neq; in mō. h̄: ne
q̄ i h̄iero. ado. p̄rem. Dic aut̄: Crede mihi. qz vbiqz
nobis op? ē fide m̄re bonop: q̄ salutis ē medicamē
tū: sine q̄ nibil magnop ē possidere: s̄ q̄ tētāt assimi-
lant̄ his qui sine nauī pelag? tētāt trāstire: q̄ paꝝ q̄
dē natare sufficiūt. ultra vō pcedētes cito mergūt.
AGV. Merito aut̄ iam p̄ste viro audit mulier?
Crede mihi. Jam ei est in te q̄ credat cepisti adesse
intellectū: s̄ nisi crediderit nō intelligetis. AL
CVI. Qd̄ aut̄ dicit: Uēt hora: tēp? euāgelice do-
citrine qd̄ iam instabat dicit: quādo ablata oī vī-
bra: figuraru veritas pura luce mentes credentium
illustratura erat. CHR. Supuaciu aut̄ erat
christo docere. ppter quid patres in monte et iudei
in hierosolymis adorabāt: ideo hoc tacuit. verūtū
reuerentiores iudeos iudicauit: nō a loco: s̄ a men-
te. vnde subdit: Vos aeo. qd̄ nes. nos ado. qd̄ sci. qz
salus ex iudeis ē. ORI. Qd̄ dico Vos: q̄tū ad lu-
cem: samaritani q̄tū ad anagogē qui erga scripturā
aliene sit opinōis. Nos quoq; quo ad vībū iudei:
quo ad allegoriā vō ego vībū: q̄ ere fīm me for-
niat̄ sur: obtinentes salutem ex dictis iudaicis.
CHR. Samaritani quidē qd̄ nesciebāt adorabāt
qn̄ localē et p̄ticulare deūm estimabāt: nibil de eo
plus imaginantes q̄p de idolis. Et iccīeo cultū dei
cu cultu demonū miscuerunt. iudei vō ab hac eruti-
erant suspicōe. etenī orbis trātū eū nouerāt eē deū
ppterea dixit: Nos ado. qd̄ sci. Judeis aut̄ seipſuz
cōnumerat fīm opinionē mulieris: loquēs quasi p
pheta iudeus existens. ideo dixit: Adoramus: cu tñ

Johannes

manifestū sit q̄ ipse est q̄ ab oīb̄ adorat. Per hoc aut̄ qđ dicit: Quia sa. ex iu. est: nihil aliud oīdit q̄ q̄ orbi terrarū inde salutaria facta sūt. Scire enim deū et idola detestari illinc principiū habuit et omnia alia dogmata: sed ipsū quod est apud nos a iudeis oīonis principium hūit. Presentiā etiā suam salutē vocat quaz dicit ex iudeis eē: fī illud apostoli: Ex quibus christ⁹ fī carnē. Vide q̄liter aplaudit veteri testamento qđ radicē oīdit bonoꝝ p̄ oīa semetipsum nō esse contrariū legi demōstrans.

AVG. Multū igis dedit iudeis ex quoꝝ p̄sona dixerat: Nos ado. qđ sc̄i. Sed nō ex p̄sona iudeoꝝ reprob̄oꝝ: sed ex qualib⁹ fuerant apli: quales fuerāt omnes illi sancti q̄ p̄ecia rerū suarū ad pedes aploꝝ rum posuerit. **CHRY.** Sic igis supabundantius vobis habet iudeoꝝ mulier in modo adorationis. verūt̄ et hic adorationis modus de reliquo finem habebit. vnde subdit: Sed ve. ho. et nūc est q̄i veri ado. ado. pa. in spū et ve. Quia enim pphete ante lōga tpa mīta pdixerūt. Ideo dixit: Et nūc ē. Ne estis mes hāc talē eē. ppheta q̄ post multū tpis impletur res iam instat et ianuis ē. Dicit aut̄ Ueros adoratores: ad distinctionē falſoꝝ: q̄i quidā sunt falsi adoratores qui t̄palia et caduca querūt in orōne: sive qui contra hoc quod orant agere nō cessant.

CHRY. Uel dicens Ueros: excludit cū samaritanis iudeos. Etsi enī iudeis illis meliores essent: tñ futuris multo minores sunt tanq̄ figura veritate. Sūt igitur veri adoratores q̄ neq̄ loco circūclūdūt dei culturā: et deū in spū colūt. **ORI.** Unde et puls dicit: Lui seruio in spū meo. His aut̄ scribitur: Uenit hora. et p̄mo quidē non adest et nō est. In se cundo vō dicit: Et nūc est. et p̄to p̄mū quidē nota re adorationē p̄ter corpus futurā i pfectiōe. Scōm vō eam que fit in vita p̄nū pfecta quātū licet hūnam pcedere naturā. Lui ergo venerit hora quā dicit dñs: euitandus ē modus samaritanoy: et syon vbi est hierosolyma adorand⁹ ē deus: q̄ ciuitas eē dicit a christo celſi p̄ncipis. Et hec ē ecclesia vbi sacra oblatio: sp̄iales victimē diuinis aspectib⁹ offerruntur ab his qui legem sp̄iale intellexerūt. Lui aut̄ venerit tpis complementū: tūc nequaꝝ penitendum verū cultū hierosolymis. i. in p̄nū ecclesia amplius ptractari. Neq̄ enī angeli ap̄b hierosolymaz colūt patrē: sic et qui similitudinē nacti sunt iudeoꝝ melius q̄ hi q̄ sunt hierosolymis colūt patrē. Lui aut̄ hec hora euenerit: patri aliquis in filiu deputat. Expropri non dictū ē Adorabitis deū: sed Adorabitis patrē. Sed in p̄nū colunt patrē in spū et veritate veri adoratores. **CHRY.** Dicit ḡ hoc de ecclesia i qua est vera adoratio et deo cōgrua. vñ subdit: Nā pater tales querit qui adorant eum. Et si oīm volebat eos veterib⁹ ignorari: concessit eis figuram: hoc tñ fecit eis condescendēs ut p̄ hoc ad veritatē inducantur. **ORI.** Si aut̄ pater querit p̄ iesum querit: qui venit querere et saluare qđ perierat: quos erudiens yeros cultores efficit. Qđ aut̄ subdit: Sp̄us est de⁹: inde abstractū esse suspicioꝝ qđ ad vitā verā nos pducit. nam et corporali vita viuificamur a spū. **CHRY.** Uel indicat q̄ deus incorporeus ē. oportet igis et incorporeā ei culturā esse. hoc est p̄ aiā et intellect⁹ puritatē nos ei offerre. vñ subdit: Et eos

qui adorant eum in spū et veritate oportet adorare. Quia enī iudei aiā quidē negligebant: multi aut̄ circa corpus studiū faciebant ad oīphariā purgantes. et ideo ait: qđ non corporis mūdatiōe sed in corporeo qđ est in nobis hoc est intellectu quē dicit sp̄iū deus incorporeus colit. **HYLA.** ii. de tri. **Uel** cū in spū deū spiritū docuit adorandum et libertatem ac scientiā adorantiū et adorandi infinitatē oīdit: fī illud apli: Ubi sp̄us dñi: ibi libertas.

CHRY. In veritate aut̄ oportet adorare: qđ p̄iora figura erant. s. circūcīfīo: holocausta: et thymiamata: nūc aut̄ totū est veritas. **THEO.** Uel q̄ multū putat se deū fī sp̄iū. i. aiā adorare non rectam opinionē de eo habentes ut heretici: ppter hoc ad didit: Et veritate. Forte etiā dicer aliquis q̄ duas partes philosophie que fīn nos sunt incitat in p̄di etis: actionē. s. et contemplationē. p̄ sp̄iū nāq̄ actum insinuat: fī illud apostoli: Qui sp̄ū dei agunt et p̄ veritatē vō contēplatiū. Uel aliter: Samariañorū erat opinio q̄ deus loco concluderetur: et q̄i hoc loco deū adorari oporteat. Contra quos dicit q̄ veri adoratores non localiter sed sp̄ualiter adorant. iudeis vō oīa sub figura et vībra erant. et ideo dicit q̄ veri adoratores non in figura adorabūt sed in veritate. qđ enī de sp̄us est: sp̄iales adoratores querit: quia vō veritas: yeros. **AVG.** Querebas montē forte adorandū vt deo eses p̄p̄inquieris: sed ipse qui in altis habitat: humilib⁹ appropinquat: ergo descendit et ascendit. Ascensionē inquit i cor de eius in conualle ploratiōis que hūilitatē habet in tēplo. **Uis** orare: in te ora: h̄z p̄nus esto tēplū dei.

Dicit ei mulier: Scio qđ messias uenit q̄ dicit christ⁹. Lū ergo uenerit: ille nobis anūciabit oīa. Dicit ei iesu: Ego sum qui loquor tecum.

CHRY. Mulier eoz q̄ dicta sunt altitudine facta obſtupuit. vñ seq̄: Dicit ei mu. scio q̄ mes. ve. q̄ dī christ⁹. **AVG.** Uinctus grece christ⁹ ē. bebe ice messias ē. Sciebat ḡ q̄s eā posset docere: h̄z do cētē nōdū cognoscerebat. vñ subdit: Lū ḡ ve. ille no. annū. oīa. q. d. mō iudei de tēplo cōtēdunt nos de monte: cū ille uenerit et montē spernet: et tēplū euerfer: et docebit nos vt in spū et veritate nouerim⁹ adorare. **CHRY.** Sed vñ erat samaritanis expectare christi aduentū: Moysi qđē suscipiētes legē: ab ip̄is moysi l̄fis h̄z nouerāt. Jacob enī b̄ christo pp̄b̄ tizās dicit: Nō defici p̄ncips de iuda: nec dū de semore eius donec veniam q̄mittendus est. Sed et moyses dicit: Propheta mōsus suscipit deus de fratribus nostris. **ORI.** Si quidē non ē ignorādū q̄ sicut ex iudeis surrexit iesus: christū le esse nō solū dicens sed oīdens: sic ex samaritanis quidam dosithēus noīe asserebat se fore christū q̄ p̄dicabat. **AVG.** li. lxxiiij. que. Hor̄ tasle aut̄ vt itelligentib⁹ indicaret q̄nq̄ corporis sensū: q̄nq̄ viroꝝ noīe significari: post q̄nq̄ carnalē responsiōes que su pra in littera patent: extra r̄fīsōe nominat christū seip̄sū. vñ sequit: Dicit ei iesus: Ego sum qui loquor tecū. Et quidē si circa p̄ncipiū hoc mulieri dixisset:

videtur ei ex eanitate loqui: nūc autē paulatim in memoriā christi eam reducens: opportune reuelauit seipsum: et quidem iudeis querentibus: Si tu es christus dic nobis palam: non manifeste seipsum resuelatur: quod non p̄ descendere querebant: sed p̄ iniuriando. Hec dō ex simplici mente loquebatur.

Et stinuo uenerūt discipuli ei⁹: et mirabātur quia cū muliere loquebat. Nemo tñ dixit ei: quid loqueris cum ea? Reliquit ergo hydriam suā mulier: et abiit in ciuitatez: et diat illis hoībus: Venite et uidete hominem qui dixit mibi omnia quecumqz feci. Quid ipse ē christ⁹? Exierūt ergo de ciuitate et ueniebāt ad eū.

CHRY. Expleta doctrina et cōuenienter ad tēp⁹ discipuli occurserunt. vnde dicit: Et stinuo ve. dis. emis et mira. quia cū muli. loque. Admirabantur quidem supabundantē christi mansuetudinē et humilitatem: quin ita p̄spicuus existēs: sustinuit loqui cū tān būlante mulieri inopi et samaritanē. **AVG.** Quia si querebar p̄ditam q̄ venerat querere qd̄ perire hoc illi mirabantur. bonū enī mirabantur et non malū suspicabantur. **C**HRY. Sed tamē admirātes nō interrogauerut cām. vnde subdit: Nemo tamē dicit quid queris aut quid loqueris cū ea? Erāt erudit⁹ discipul⁹ ordīnē obseruare: ta eum timebāt et venerabāt: et nimis alibi vident̄ cōsiderē interogare: quia ad eos p̄tinētia necesse habebāt scrutari. hic aut nihil ad eos p̄tinebat qd̄ siebat.

ORIGE. Et fere quidē quasi quodam apostolo ad ciues vñt hac muliere: adeo eam inflammas p̄ vba et amphora dimissa iret in ciuitatem relatura cōcūibus. vnde sequitur: Reliquit ergo mulier hydriā suā. Non curans de corporeo ac viliori ppter utilitatē pluri⁹. Interet quoqz nostra omisiss corporeis et grecis latage re ad impartiendū alijs de cōmodis acquisit⁹. **AVG.** Hydria autē grecō nomi ne appellat tanqz si aquariū diceretur: quoniā grece aqua hydor vocatur. **C**HRY. Et sicut apostoli vocati dimiserūt rhetia: ita hec dimittit hydriam et nēgelistarum opus fecit: et non vñ tñ vocat: s̄ ciuitatē integrā. vnde sequit: Et abiit in ciui. et dicit illis: venite et videte hominem qui dixit mibi oia quecumqz feci. **O**RIGE. Conuocat quidē illos ad videntū bolem stinente verbū supra hoīem. Quicunqz autē fecit mulier: erat cōtuberñū q̄nqz coniugū: et post illos conuersatio cū sexto nō p̄prio viro quem deserēs et septimo adherēs: lagenā derelictam pudica. **C**HRY. Non verecundata autē est h̄ dicere. Anima enī cū ignita fuerit igne diuino: ad nūbil eorū que sunt in terra dereliquo aspicit: neqz ad gloriam nec ad verecūdiā: sed ad vñaz solam q̄ detinet eam flammā. Volebat autē non ex p̄prio auctoritate eos inducere: sed ex auditū p̄prio eos facere cōmunicatores doctrine christi. vnde dixit: Venite et uidete hoīes. nō dixit: Venite et credite: s̄ Venite et uidete. qd̄ leuius erat. Noterat enī manifes-

ste qñ solū gustantes de illo fonte eadē patarent que et ipsa. **ALC VI.** Paulatim autē venit ad p̄dū candūm christū. primo vocat hoīem: ne si diceret christū: auditores irascerentur et nollent exire.

CHRY. Unde etiā neqz manifeste annūciavit chri-
stū neqz tñ totaliter filuit: sed dixit: Nunquid ipse
est christus. et ideo sermonē ei⁹ accepérūt. vnde se
quitur: Exierūt de ciuitate et veniebāt ad eū.

AVG. i libro. lxxiiij. questionū: Qd̄ autē relicta hydria discessit mulier: non negligenter p̄terēdū est. hydria enim amoē huius seculi significat. i. cupidi-
tatem qua hoīes de tenebrosa p̄funditate cui⁹ ima-
ginem puteus gerit: hoc ē de terrena conuersatiōe
hauriūt voluptatē. Portebat autē vt christo cre-
dēs seculo renūciaret: et relicta hydria cupiditatē se
cularē se reliquise demonstraret: **A**VG. sup iohannē:
Proiecit ergo cupiditatē et p̄perauit amū-
ciare veritātē. Discant qui volunt euangelizare vt
prius hydriam ad puteum p̄iiciant. **O**RI. Facta
etiā mulier receptaculū honeste discipline: ea q̄ pri-
mitus sapiebat: p̄cipiens deponit.

CInterea rogabāt eū ei⁹ discipuli
dicentes: Rabbi manduca. Ille autē
dixit eis: Ego cibum habeo mādu-
care quē uos nescitis. Dicebant er-
go discipuli ad inuicē: Quid alijs
attulit ei māducare? Dicit eis ies⁹:
Deus cibus est ut faciā uolūtatez
ei⁹ qui misit me ut pficiā opus eius.

AVG. Erant discipuli eius emere cibos: et vene-
rat quos christo offerebant. vñ dicit: Interea roga-
bant eum discipuli eius dicentes: Rabbi māduca.

CHRY. Clidētes enī eū fatigatū ex itinere et estū
q̄ erat: rogabāt eum vulgari eōd voce. Neqz enim
erat hoc temeritatis: s̄ amoēs cura circa magistr⁹.

ORI. Arbitrantur aptū soe temp⁹ ad prandiu⁹
qd̄ erat inter recessū mulieris ad ciuitatē: et aduētu
samaritanou⁹ ad ipsū. non enī corā aliquo aduenia-
sibi p̄pinabāt escas. Ob hoc bene positum est: Inte-
rea. **T**HEO. Hūs vñ sciens q̄ samaritanā totam
ciuitatē ad eum attraheret: hoc discipulis significa-
uit. vnde sequit: Ille autē dixit eis: Ego cibū habeo
manducare quē vos nescitis. **C**HRY. Dominū sa-
lute hic cibum vocauit: ostendēs quātū desideriū
habet nostre salutis. sicut enī nobis concupiscibile
est comedere: ita ei saluare uos. **T**HEO. Tu vñ itiere q̄ nō
statim reuelat: sed vbiqz in qōnem imitrit auditore
vt incipiēs q̄rere qd̄ dī. Et laborās. cū ampliori sus-
cipiat desiderio. **T**HEO. Dicit autē quē vos nesci-
tis. i. nescitis quē cibū voco salutē hoīm: vel nesci-
tq̄ samaritani credituri sūt et salui sīt. Discipuli autē
adhuc dubitabāt. vñ seq̄: Dicebāt ḡ dī. ad inuicē:
Nunquid alijs attulit ei māducare? **A**VG. Quid
mirū si mulier illa non intelligebat aquā: ecce disci-
puli non intelligunt esca. **C**HRY. Et quidē assue-
tam reuerentiā et honore magistro p̄rebēt ad seu-
nicē quidē loquentes: ipsū vñ non p̄sumētes inter-
rogare. **T**HEO. In hoc autē q̄ dicunt discipuli
Nunquid aliquis attulit ei manducare? Consideran-

Jobannes

dum est q̄ cibos ab alijs oblatos domin⁹ suscipere solebat: non q̄ alieno ministerio indigeret qui dat escam omni carnis: sed vt deferētes meriti cōsequerent̄: simulq; formā tradens nō erubescere paup̄itatē: neq; graue putare ab alijs nutritri. p̄priū enim & necessariū ē doctoribus: alios habere procuratores cibor̄: vt ipsi de nullo curātes verbi ministrations procurent̄ solicite. **A VG.** Audīuit aut̄ dñs cogitationes discipulor̄ & instruit eos: vt magister non p̄ circuitū sicut mulierē sed aperte. vnde sequit̄: **Dicit** eis iesus: meus cibus ē vt fa. vo. ei⁹ qui misit me. **ORI.** Idoneus cib⁹ filio dei cū actor paterne volūtatis efficitur: hoc velle in semetipso protestans qđ erat in patre. Solus aut̄ filius pfecti operis paterne volūtatis est capax. ceteri vō sancti nū p̄ter diuinā pagunt volūtatiē. Plenā aut̄ & integrā facit dei voluntatē qui dixit: **M**eus cibus tē, p̄prius enī cib⁹ eius ostēdī. Quid aut̄ sit velle patris innuit sermo sequēs: Ut pficiam opus eius. Siquidem simplicius quis assereret: qm̄ opus est iūsum mandantis: puta si dicāt edificantes vel sodiētes se pficere op̄ eius qui conduxit eos: sed si p̄ christū pficitur opus dei: restat vt p̄uisq; pficeretur erat diminutū. Qua liter aut̄ diminutū erat opus cum eēt dei: pfectio quidem operis: rationalis nature est pfectio. ad huius enim operis pfectionē cū esset imperfectiū: verbum caro factū accessit. Cum enī quodāmodo homo pfectus fieret: ob transgressionē factus ē impfectus. & ideo missus est salvator: primo quidez vt pficiat volūtatem eius qui misit eū: secūdo vō vt cōsumet opus dei: vt quilibet perfect⁹ fiat ad solidi cibi v̄sum. **THEO.** Opus etiā dei pfectit. s. hominē dei filius: nostram naturā in seipso sine petō ostēdī in omni ope pfectam & incorruptā. Opus etiā dei. s. legē pfectit: quia finis legis christus eā cessare faciens: omnib⁹ que in ea erāt pfectis & a corporali cultu in spiritale reduxit. **ORI.** P̄fictio aut̄ post pulci negocīū: ac disciplinā distinctionis aquaz: consequēs erat & de cibo disceptare. Samaritana qđē petita potū: non habebat p̄bere iesiū dignū poculū. Discipuli vō inuenientes humilia pulmenta apud alienigenas ei obtulerūt: rogantes eū vt manducaret. Et attende si forsan verētur ne verbū dei. p̄prijs non vigoratū esēs in eis deficiat. Quęcūq; ergo resperūt discipuli: his iugiter pponūt verbū alere: vt corroboratū atq; roboratū p̄seueret penes eos qui nutrītū ipsum. Quemadmodū autem corpora egētia cibo neq; eisdem aluntur: neq; eadem quātitas ciborū cunctis sufficiens est: sic intelligendū est & in his que sunt supra corpora. nā hoc quidem plurimi: hoc aut̄ paucioris indiget nutrimenti dissimilis capeditinis entia. Sed neq; qualitas alentiuꝝ verborum atq; intentionū contēplatiuꝝ opatio num eadem congruit omnib⁹. Nam nuper geniti infantes: rōnale appetant lac: pfectorum aut̄ ē soli diu cubus. Veridicus est ergo iesus oicens: Ego ci bum habeo manducare quem vos nescitis. Semp enim qui p̄est infūmis ac nequeuntibus eadē cū validis videre hoc dicere potest.

¶ Nōne nos dicitis q̄ adhuc quātuꝝ menses sunt et messis uenit?

Ecce dico uobis: leuate oculos uestrōs et uidete regiones: quia albe sunt iam ad messem. Et qui metit mercedeū accipit: & congregat fructū in uitā eternā: ut et qui seminat simul gaudeat: & qui metit. In hoc enim est uerbū uerū: quia ali⁹ est qui seminat: & ali⁹ ē qui metit. Ego misi uos metere quod uos nō laborastis. Alij laborauerūt: & uos in labores eoruꝝ introiſtis.

CHRYS. Que sit voluntas patris decetere interpr̄tatur dicens: Nonne vos dicitis q̄ adhuc quātuꝝ menses sunt & messis uenit? **THEO.** Scilicet materialis. Ego aut̄ dico vobis q̄ messis intelligib⁹ lis adest. hoc enī dicebat ppter samaritanos venientes ad ipsum. vñ subdit: Leuate oculos vestros & vide regiones: quia albe sunt iam ad messem.

CHRYSO. Tursus consuetis nominib⁹ ad maximoz eos contemplationē reducit. Regio enim & messis hic indicat multitudinem animarū que parate sunt ad predicationis susceptionē. oculos autem hic dicit et eos qui mentis & eos qui corporis: erenim videbant de reliquo multitudinem samaritanorū venientē. Nas aut̄ preparatiōes hominū de center regiones albatas vocat. sicut enī spicē cum dealbate fuerint ad messem sunt parate: ita & hi ad salutem sunt parati. Sed propter quid non manifeste dicit q̄ preparati sunt homines ad suscep̄tionem verbi: Quęcūq; quidem occasionū gratia: viuus quidē & manifestior fiat sermo & manus sub vīte: dicit que dicuntur: alterius aut̄ dulcior sit narratio: & permanentior eoz que dicuntur memoria.

A VG. Si opus aut̄ feruebat & oparios muttere festinabat. vnde subdit: Et qui metit mercedeū accipit & congregat fructū in uitā eternā: vt qui seminat simul gaudeat & qui metit. **CHRYSO.** Per ea que hic dicit: diuidit terrena a celestib⁹. sicut enī supra dixerat de aqua q̄ qui bibit hanc aquam nō fit: ita hic dicit: Qui metit congregat fructū in uitā eternā. & iterū: Qui seminat simul gaudeat & qui metit. Prophete enim sunt qui seminat: sed nō illi messuerunt: sed apostoli. quia enī infra dicit q̄ ali⁹ seminat & ali⁹ metit: ne q̄s estimet q̄ prophete seminantes mercede p̄tinent: extraneū quiddaz indicit: & a sensibilibus alienū. nam in reb⁹ quidē sensibilibus: si contingat aliū seminare & aliū metere: non simul letantur: sed dolent q̄ seminat quasi alijs laborantes: letat aut̄ soli qui metit: hic aut̄ nō ita. Sed & qui non metunt seminantes: simul cū metētibus letant̄: quoniam in mercede cōmunicat.

A VG. Disparis enī tēpōzis labores habueat apostoli & prop̄bete: sed gaudio pariter p̄fruēt: mercede simul acceptur i sit vitā eternā. **CHRYS.** Ad hoc aut̄ qđ dicerat: sermonē puerialeū inducit: vnde subdit: In hoc enī ē verbū verū: q̄ ali⁹ est q̄ seminat: & ali⁹ q̄ metit. Hoc quidē vulgariter dice-

batur: siquādo alij labores sustinuerunt: et alij fru-
ctus metebant. Sed et hic sermo iste maxime habet
veritatē: quia prophetē laborauerūt: sed vos fructus
et illoꝝ laboribꝝ metitis. Vnde subdit: Ego misi vos
metere qđ vos nō laborastis. **AVG.** Quid ḡ mes-
sores misit nō seminatores? Ibi ergo messores mit-
tendit: vbi iam prophetē p̄dicauerant. legite labores
illorū et in omnibꝝ eoz laboribꝝ ē prophetia christi.
ergo iā in iudea messis parata erat qñ tot milia ho-
minū p̄cia rerū suarū offerebāt: et ad pedes aposto-
lum ponētes expeditis humeris a sarcinis secula-
ribus: christū dñm seq̄banſ: de ipsa messie electa sūt
panca grana: et seminarent orbē terrarū: et surgit
alii messis que in fine seculi metenda est: ad quam
metēdam nō apli sed angeli mittenſ. Messores in
quit sunt angelī? **CHRY.** Picit ergo Ego misi vos
metere qđ vos non laborastis. q.d. Ubi minor la-
bor est: maior autē delectatio: ad hoc vos reseruauit:
et qđ laboriosius erat: hoc fuit prophetaz. s. mittere se-
mina. vñ subdit: Alii laborauerūt: et vos in labores
eoz introfistis. Per hec oia vult ostēdere qđ p̄pheta-
trū voluntas erat ut hoīes ad eum accederent. Et
hoc lex ordinabat: et ppter illi semiſauerūt ut hūc
facerent fructū. Quidit etiam qđ ipse illos misit: et qđ
multa est cognatio noui ad vetus testamentum.
ORI. Uel aliter: totū qualiter quidē nō est incōue-
nientē hoc qđ est: Lenate oculos vestros allegoriza-
re. Quod autē dicit: Nōne vos dicitis qñ quatuor
mēses sūt: et messis venit: nō fm allegoriā tractare.
Putam ergo talia quedā esse in hoc qđ dicit disci-
puli: Quatuor mēses sūt et messis venit. Pleriqz. n.
discipuloḡ verbi animaduertētes veritatē incom-
p̄hensibilē fore humane nature: qñ coniecerunt aliā
esse vitam a p̄site: que corruptioni quatuor elemen-
tōꝝ quasi quatuor mensū subiicit: putant solū p̄
hysicā vitā cognitionē ēē veritatis. Picit igit̄ disci-
puli de messibꝝ que sunt terminus operꝝ ad veri-
tatē condicentū: qz post instantē quaternitatē cō-
tingunt. huiusmōi autē opinione arguens velut non
sanā inquit verbū incarnatū his qui talia suspicantur.
Nōne vos dicitis quia adhuc quatuor mēses
sūt: et messis venit. Ego autē hoc dico: Lenate ocu-
los vestros. In pluribꝝ locis scripture diuine hoc
legitur: iubēte nobis verbo diuino extollere: ac sub-
limare cōsiderationes et cogitationes deorsum cō-
fitas nec valentes erigi: nisi eleuante illas ieuſu. Ne-
mo enī cōfistēs in passionibꝝ et viuēs carnaliſ hoc
ppositū servat mandatū. quapropter qui talis est
non videbit regiones. Si albe sūt ad messem. albe
scit quidē regiones ad messem: cū adeſt verbū illu-
strans: singulas regiones scripture secundans i eiꝝ
aduentū: et etiā oia sensibilitā sūt quasi regiones al-
be parate ad messem: p̄sto existente leuātibꝝ oculis
rōne que de quolibet est: vt quisquis fulgorē p̄spī-
cat p̄fūle v̄bilibet veritatis. Qui autē metit p̄dictas
messes dupler habet in metēdo emolumentū. vñ
quidē dū accipit p̄miū. vñdā dicit: Et qđ metit: mer-
cedem accipit. qđ arbitror dictū causā futurarū re-
munerationū. Ulter qđ sc̄etur. Et cōgregat fructus
in vitā eternā. Bonū habitū quendā denotat intel-
lectū qui est fructus ex ipsa speculatione pueniēs.
Arbitro: autē qđ in qualibet doctrina semiat quidez

qui principia excogitat: que suscipiētes alij ac p̄tra-
ctātes siquid noui potuerint exprimere cōiugētes
fūt sue intentionis gratia: posteris causa ut metē-
do quasi maturos fructus aggregēt: quāto autē ma-
gis hoc in arte artū expedit contemplari. Siquidē
seminantes sunt moyses et prophetē pueniētes adue-
tum christi. metentes autē sūt apli qui christū suscep-
perūt et gloriā eius p̄spexerūt. Semen autē erat tota
ratio fm revelationē ministerii tēporibus p̄teritis
obsūscati silentio. regiones autē. i. legales ac propheti
ce scripture nondū albuerāt his qui aduentū verbi
nequaqz extiterūt capaces. Qđ autē simul serens et
metēs gaudeat erit: cū priuatio meroris et angustie
in futuro fiet seculo: dñ etiā iesus transfiguraretur
in gloria: simul cū messoribꝝ petro iacobo et iohāne
moyses et belias satores pariter gaudēt in vidēdo
filii dei gloriā. Attēde tñ si hoc qđ dico alias et ali-
as intelligi p̄t: ppter aliā et aliā vite cōuersationezi
in qua hoīes iustificati sunt: vt liceat dicere alium
quidē legis cultorē: alii vō euangeliū: et tñ exultat
simul dñ idē fuiis ab vno deo p̄ vnu christū in vno
spūsancto reponitur. Ad labores autē prophetarum et
moysi aduenēt apostoli instruente ieuſu: metētes
ac i horrea colligētes aīe sue intellectū i scripturis
illoꝝ reconditū: et semp qui debite capiunt discipli-
nā p̄p̄ laborē ad maiore evidentiā trahūt: nō tñ
laborātes sunt hi qui semina condiderunt.

Ex ciuitate autē illa multi credide-
runt in eū samaritanorū propter
verbū mulieris testimoniū phibētis
quia dixit mihi omnia quecunqz fe-
ci. Cū uenissent ergo ad illū samari-
tani rogauerūt eū ut ibi maneret.
Et māsit ibi duos dies. Et multo
plures crediderūt ppter sermonēz
eius. Et mulieri dicebant: qz iā nō
propter tuā loquelā credimus. Ip-
si enim audiūimus et scimus: quia
hic est uerc saluator̄ mundi.

ORI. Postqz dicta sūt discipulis qđ tractata sūt:
resumit scripture de his qđ venerant de ciuitate ad
ieuſu: et crediderāt p̄ testimoniū mulieris. **CHRY.**
Sicut autē in messē cū facilitate fructus cōgregant:
et in momēto vno area manipulis repleta: ita et nūc
fit. vnde dñ. Ex ciuitate autē illa multi crediderūt in
eū samaritanorū ppter verbū mulieris testimoniūz
phibētis: qz dixit mihi oia quecunqz feci. Cōsidera-
bant enī qđ nequaqz mulier gratanter eū admirata
esset: qui el̄ delicta redarguerat: nisi magn⁹ qz eēt
et extollēs qđ p̄dicabat ab illa. Sic ergo solo mulie-
ris testimonio credētes et nullū signū vidētes exie-
rit: dep̄cates christū ut apud eos maneret. et hoc ē
qđ seq̄: Alii qđ veniāt ad illū samaritanū: rogaerūt
eū ut ibi maneret. Judei vō miracula vidētes nō de-
tinuerūt eū apd̄ sc̄ip̄os: h̄ oia egerūt ut a regiōe eoꝝ
eū abiicerēt. nihil. n. liuore et iuidia ōteri nihil: iani-
glia diffīcili⁹ qđ infinita corrupe cōuenit bōa. Et qđē

Johannes

samaritani volebant eum semp secuz detinere. ipse aut hoc non sustinuit: sed solum mālit ibi duobus diebus. et post hec quod subditur: Et mansit ibi duos dies. **ORIG.** Non incongrue aut aliquis illud obsecuerit: quo rogat? salvator cum samaritanis manet: et qui iussit ciuitatem samaritanorum non ingredi. **Palā** enim quā et discipuli eius cū eo ingressi sunt. Ad qd dicendū qd in viam gentium pergere est imbihi gentili dogmate et in illo ambulare. **Luitas** tem vo samaritanorum intrare est acceptare falsaz doctrinaz recipientium legales: ppheticaz: et euāgelicos: et apostolicos sermones. **Qui** aut de eruerint pphia doctrinā et venerint ad iesu licet cū eis manere. **CHRY.** Et iudei quidē etiā signis visis incorrecti manserunt. hi aut et sine signis multā circa eū fidez demonstrauerūt: solū enim verba audierūt. vnde se quis: Et multo plures crediderūt. ppter sermonem eius. **Lui** igit̄ gratia hec verba nō dicūt euāgeliū stet: et discas quā multa magnorum transcurserunt a fine vero totū ostenderūt. suauit enī toti ciuitati p ea que dicta sunt. **Ubi** aut auditores non p suadēt: tunc euāgeliste cogūtūr dicere ea que dicta sunt: ne qd est et in deditione auditorum imputet quis de fectui p dicanis. ipsi aut discipuli christi iam facti: magistrā repulerūt. vnde sequitur: Et mulieri vices bāt: quia iam nō. ppter tuā loquelā credimūt: ipsi enī audiūm? et scim? quia hic est vere salvator mūdi. **Vnde** aut qualiter cōfestim intellexerūt qd orbē terrarū liberare venerat: et qd ad cōmūnē salutē veniens non debebat in iudeis suam cōcludere. puidētiam: sed vbiqz seminare sermonē. **Picentes** etiā qd est salvator mundi: ostēderūt qd mūdus pdit? erat: in magnis malis existēt: et quidē venerūt salvare. pphete et angeli: sed hic est vere salvator qui salutem tribuit non solū temporaneā sed eternā. **Vide** etiā qualiter audiētes mulierē dubitanter dicentē: Nū quid hic est christ? nō dixerūt bi: Quid nos suspicāmur: sed qm̄ scimus. et nō simpliciter: sed **Dñs** hic ē vere salvator mundi: non quasi vnu ex multis chris tū confitenres: solū verba audierūt et hoc dixerūt quod dicere habebant si miracula multa et magna vidissent. **ORI.** Leterū si meminim? pdictoz: nō difficile est cōscere quō cū reppererint vbi synagogz alias disciplinas relinquit quasi dogmatū ciuitatē de qua egrediētes salutifere credūt: et puto studiose pculisse iohannē: cū non. dixit: Rogabāt eum samaritani intrare tm̄ samariam vel ingredi ciuitatē: s̄ etiam ibi manere. **Manet** nāqz iesus penes depēctes. et pserit quotiens qd precans exēunt ciuitatē et versus eū veniūt. **AVG.** Manet apud eos biduo h̄ est dat illis duo pcepta charitatis. **ORI.** Neqz enī capaces erant tertie diei eius. no enī erant vali di miraculosum quid cernere: quale qd fuerant i chana galilee post tridū cū iesu cōiuantes. **In**tiū autem credendi multis fuit mulieris verbū. nō enī sic p seipsum verbū conficitur illuminās capientē: vellut cum alterius dicto sibi testimonii phibetur. **AVG.** Sic ergo christū cognouerūt primo p famam: postea p p̄famam: sicut agitur hodie etiā eis qd foris sunt: et nondū sunt christiani. christ? iniciatur p christianos amicos tanqz illa muliere hoc ē eccl̄ia nūciante ad christum veniūt. credit p istā sensi

nam: et multoplyres et firmius in eum credit: quoniam vere ipse est salvator mūdi. **ORI.** Impossibilē est nāqz eandem circa intellectū fieri passionē videnti et ei qui p vidētē instruitur: magisqz ē p spem ambulare qd p fidem. vnde bi nō solū testimonio hominis: sed ob ipsam quoqz veritatē creditur.

Post duos aut dies exiit inde: et abiit in galileaz. **Ipse** enī iesus testi moniū perhibuit: quia propheta in sua patria honorez non habet. **Cū** ergo uenisset in galileam excepserūt euā galilei: cuā omnia uidissent que fecerat hierosolymis i die festo. **Et** ipsi enī uenerant ad diem festum.

ALCVI. Post biduū quod fecit i samaria: abiit in galileā vbi nutritus fuerat. vñ dicit: Post duos aut dies exiit inde et abiit in galileaz. **AVG.** Nos uer aut nos ut euāgelista dixerit consequenter: **Ipse** enī iesus testimonii phibuit: qd propheta in sua patria honorez non habet. Magis enim videntur artēstari potuisse qd propheta in patria sua honorez non habet si cōtemperaret pergere in galileam et in samaria remāfisset. **Hoc** ego sentio: in samaria bidutz fecit et crediderūt i eum samaritani. tot dies fecit i galilea: et nō crediderūt in eū galilei: et ppter hoc dicit qd ppheta in patria sua honorez non h̄z. **CHRY.** Uel aliter: ideo hoc adiectū est qd nō in capharnaū abiit: sed in galileam et in chana vt infra diceſ. ego enim patriā enī bic estimō dicere capharnaū. quo niam aut nō pot̄ est illuc honore: audi eū dicere: **Et** tu capharnaū que vslqz ad celū exaltata es: vslqz ad infernū descenes. Dicit aut hic patriā pphriam in qua videntur plus cōuersatus. **THEO.** Uel aliter: quia dñs exiens de samaria venit in galileaz ne aliquis dubitaret et quereret qua de causa nō semper in galilea maneret: dicit qd ppter hoc nō manebat in galilea: quia nullū ibidē recipiebat honore: qd ipse testatus est dicens: qd ppheta in sua patria nō haber honore. **ORI.** Perscrutanda est autem huius dicti sentētia. Prima siquidē pphetari in idea erat: et est nō ignotū qd honore a iudeis neqz sūt consecuti: iuxta illud: Quē nam pphetari non psecuti sunt patres vestri. Mirāda etiam occurrit hui⁹ decreti veracitas: cum puenerit non tm̄ ad sanctos pphetas vilipensos a pphias: et ipsi dñm nr̄m: sed protensa fit etiā in quosdam ppheticis sequaces contēptos a suis ciuitibus et ad mortē deductos.

CHRY. Quid igit̄: nōne videm⁹ et apud suos miltos in admirationē deductos: ita quidē: sed ab his que raro vtingūt nō oportet talia pnuiciari. Sed si in pphia patria aliqui honorant: multomaḡ i aliena. **Consuetudo** enī facile hoīes cōtēptibiles facere cōsuevit. qm̄ igit̄ venit in galileā: suscepserūt eī galilei. vnde sequit: **Cū** ergo uenisset in galileā excepserūt eī galilei. **Vides** qm̄ qui mali dicebāt: bi maxime ad christū accedere inueniūt. Nam ppter galileos dicit: Interroga et vide qm̄ ppheta ex galilea nō surrexit. pphē samaritanos aut improverabāt ei: Samaritanus es et demoniū habes. **S**ed

Ca. III.

ecce samaritani et galilei credunt in confusione; indeo
rum. Inueniunt autem et galilei samaritanis meliores
nam illi quodam a mulieris crediderunt vobis: hi vero viden-
tes signa quod faciebat. vni sequit: **L**ui oia vidissent que
se bierofo. in via festo. **T**ORIGE. Quod enim dominus
cicis de templo vendet oves et boues: tam grande
reperit: ut his moti galilei recipereat dominum: consideran-
tes mirantesque maiestatem eius. non enim minor potest
tanta eius oritur in his quod ut ceci videant: audiantque
sordi. Estimo vero nec hec sola ipsum tunc fecisse: sed et
alia signa. **B**EDA. Sed vii data est eis videndi oc-
casio oritur subdens: Et ipsi enim venerant ad diem se-
stum. mystice autem intimatisque gentibus in fide a duo
bus peccatis charitatis consolidatis: christus circa fi-
nes mundi reuertitur ad patriam. i. ad iudeos. **T**ORIG.
Expediit autem galilei. i. transmigrante festare bierofo.
Imissi ubi est templum dei: et videre singula quod peragit
ipsi iefas. Hoc enim est principium ut galilei recipient dei
filii euntes ad ipsos: alioquin vel non receperissent illum
vel etiam ipse nondum ipsis preparatis ad eius rece-
ptionem adeo: ppe venisset ad eos.

Glenit ergo iterum in chana galilee
ubi fecit aquam uitum. Et erat quodam
regulus cuius filius infirmabatur ca-
pharnaum. **H**ic cum audisset: quod iesus
adueniret a iudea in galileam: abiit ad
eum: et rogabat eum ut descenderet et
sanaret filium eius. **I**nspiebat enim
mori. **D**ixit ergo iesus ad eum: Nisi
signa et prodigia uideritis non creditis
Dicit ad eum regulus: Domine de-
scende priusquam morias filius meus? **D**icit ei iesus:
Vade fili tuus uiuit. **C**redidit homo sermoni quem dixit ei iesus?
et ibat. Jam autem eo descendente suu
occurserunt ei: et nunc auerunt dicentes
quod filius eius uiueret. **I**nterrogabat
ergo horam ab eis in qua melius ha-
buerit. Et dixerunt ei: quod heri hora
septima reliquit eum febris. Cogno-
uit ergo pater quod illa hora erat in qua
dixit ei iesus filius tuus uiuit: et credi-
dit ipse et domus eius tota. **H**oc ite-
rum secundum signum fecit iesus cum
venisset a iudea in galileam.

CHRY. Primo quodam dominus ut supra dictum est in cha-
na galilee uenerat vocatus ad nuptias. Nunc autem
ad eos vadit: ut magis eos attrahat: sponte ad eos
veniens propter patria dimissa: et ut fidem a proximi miraculo
in eis initium fortiori sacerdotem propter suam proximam
AVG. Ibi enim quando aquam in vitum auertit: cre-

diderunt in eum discipuli eius. et utique plena deuimus
erat turbis conuictus: et scilicet tam magnu mira-
culum: et non crediderunt nisi discipuli eius. et non hanc
cuiusdam modi repetiuit. sed ut quod postea non crediderat
modi credant. **T**HEO. Rememorat autem nobis euangelista
miraculum perpetratum in chana galilee de aqua
conuersa in vitum ut augeret christi preconium: quod galilei
non solum propter miracula bierofoles facta: sed et pro-
pter ea que apud ipsos facta erant receperunt ictum: si-
mulque ut ostenderet quod regulus creditur propter miracu-
lum in chana perpetratum: quoniam eius non perfecte
cognoverit dignitatem. vni sequit: **E**t erat quodam regulus
cuius filius infirmabatur capernaum. **T**ORIG. Puta-
bit autem aliquis regis herodis hunc esse regulum: et ali-
quis asserit hunc esse eum de familia cesariorum: exercentem
tunc temporis aliquod in iudea. neque enim dicit quod iudeus
deus fuerit. **CHRY.** Regulus autem dicit: aut quasi
generis existens regalis: aut dignitatem aliquam pri-
cipatus habens: aut quod sic vocabatur. **I**git quidam hunc
eudem esse existimat centurionem: qui est a propter mattheum
Onditur autem alius eum esse ab eo. nam ille quidem christum
volentem ire ad suam domum rogat remanere: hic autem
et nihil tale promittente ad domum trahit. **E**t ille quodam
ad iesum de monte descendente capernaum intravit:
hic autem ad iesum in chana ueniente accessit. **E**t illi quodam
puer a paralysi detinebatur: huius autem filius a se
brevi. **E**t hoc ergo regulus subdidit: **H**ic cuius audis. quod iudeus
aduenire a iudea in galilee. abiit ad eum et rogo. eum ut descedat. et laetetur.
eius: incipie enim mori. **AVG.** Qui rogabat non
credebat: Quid a me expectas audire: vobis interrogava
quid de illo senserit: **S**equitur enim: **D**ixit iesus ad eum
Nisi signa et prodigia vide. non crede. Arguit hoic in si-
de tepidius aut frigidius: aut oino nullius fidei: sed tem-
tare cupientem de sanitate filii sui: qualis esset christus
quid esset: quantum posset. **P**rodigium quidem appellatum
est quod porro dictum quod porro dicat: porro significet
et ad futurum aliquid pertendat. **AVG.** de coeuangelio.
Ideo autem dominus supra omnia mutabilia vult mente cre-
deritis attollere: ut nec ipsa miracula: que quoniam diuinis
tus de mutabilitate corporis sunt: a fidelibus qui velit.
GREGO. Sed memetote etiam quod petijt: et aperte
cognoscetis: quod in fide dubitauit. **P**roposicit namque ut
descenderet et sanaret filium eius. vni sequit: **D**icit ad eum
regulus: Domine descendere priusquam morias filius meus. **D**ominus
itaque in illo creditur: quem non putauit posse salutem
dare nisi prius esset et corpore. **CHRY.** Audi etiam
qualiter adhuc terrene christum trahit: qui non possit
eum post mortem suscitare. si autem non credes venit
et rogauit nihil mirabile. **C**onsueverunt enim partes ex
multo amore non solum medicis loqui de quibus co-
fidunt: sed de quibus non confidunt nihil volentes pre-
termittere eosque que ad salutem pertinent filiorum: si tamen
valde crederet christi virtutem: non neglexerit etiam
in iudeaz ire. **GREGO.** Sed dominus qui rogat ut va-
dat: quod non debet ubi iniurias indicat: solo iussu salu-
tem reddidit: qui voluntate omnia creauit. vni sequitur
Dicit ei iesus: Vade filius tuus uiuit. **H**ic superbia
nostra retundit: qui in hominibus non naturam qua
ad imaginem dei facti sunt: sed homines et diuitias re-
neramus. **R**edemptor vero noster ut ostenderet quoniam
alta sunt: hominibus sanctis despicienda sunt: et quod despi-
cienda sunt hominibus: despicienda non sunt sanctis

Johannes

Ad filium reguli ire noluit: ad seruum centurionis ire paratus fuit. **CHRY.** Vel aliter: Illic quidē fides confirmata erat: iccirco & pmisit ire ut discam' viri devotionem. hic autē adhuc impfectus erat: & non dum nouerat manifeste q̄ absens curare poterat. vñ ex hoc q̄ non accedit iesus hoc addiscit. **Sequit̄ enī:** Credidit homo fmoni quē dixit ei iesus & ibat. Non tñ integre neq̄ sane. **ORIGE.** Ostenditur autē ei' dignitas & officium ex hoc q̄ seruientes illi occurrit. vñ sequit̄: Jam autē eo delcidente serui occurrerūt ei: & nun. ei. di. quia si. eius vi. **CHRY.** Qui quidem obviauerūt: non vt annunciarēt soluz sed quasi estimātes de reliquo supfluā esse christi p̄ sentiam quē credebāt accedere. Qd autem regulis non integre credidit: sane neq̄ ostendit ex hoc q̄ se quīf: Interrogabat ergo horā ab eis in qua melius babuerat. Volebat enim scire vtrum casu vel ex precepto christi hoc factū esset. **Sequit̄:** At direrunt ei quia heri hora septima reliquit eum febris. Vlde q̄ liter miraculorum manifestū est: non enim simpliciter neq̄ vt contingit a piculo liberat̄ est: sed repente & simul vt appareat non esse ex nature cōsequētia qd siebat: sed actione christi. vñ sequit̄: Log. ḡ p̄ quia illa hora erat i qua dixit ei iesus. Si. tu. vi. & cre. ipse & do. ei' tota. **AVG.** Si ergo ppterera credidit: q̄a nunciatum est ei q̄ fili' eius esset sanus: & compauit horam nunciantiū horae prenūciantis: quādo rogas bat nondū credebat. **BEDA.** Unde datur intel ligi & in fide gradus esse: sicut & in alijs virtutibus q̄ bus est initium incrementū atq; perfectio. Huius q̄ fides initium habuit cum filii salutē petuit: incrementū dum credidit fmoni dñi dicentis: Filius tuus vinit. deinde pfectionem obtinuit nunciantibus ser uis. **AVG.** Ad solum fmonem crediderūt plures samaritani. Ad illud miraculum sola illa dom' credidit vbi est factum. vñ subdit euangelista: Hoc iterum scdm signum fecit iesus: euz venisset a iudea in galileam. **CHRY.** Non sine causa hoc adiecit sed ondēns quoniā secundo signo facto: nondū ad altitudinē samaritanorū nullum signū videntium indei quenerunt. **ORIGE.** Amphiboliogā autē cōtinet p̄is dictum: uno enim modo denotat q̄ iesus veni endo a iudea in galileā: duo fecit miracula: quorū scdm est factū erga filiū reguli. alio modo sic: Duo bus existentib̄ signis que iesus in galilea exercuit: scdm egit veniens a iudea in galileam. & hic sensus verus est. **Mystice** autem p̄ hoc q̄ iesus bis in galileam accedit: binus saluatoris aduentū in mundum ostendit: p̄mis qdem misericordie: vt vno facto cōmūtas exhibaret: secundus vero vt filiū reguli ad mortem pene deductum suscitet. i. populū iudeorū qui post plenitudinē gentiū accedit saluandus in fine. **Magn'** autē rex regū est qui cōstitutus est a deo in monte syon sancto eius: huins qui r̄iderūt diem & gauiſ sunt: reguli dīoscūm. Arbitramur igit̄ regulum esse abraam: egrōt̄ vero filiū ei' israeliticū genus debilitatum erga cultū diuinū: ideo incauit ignitis spiculis inimici: vt p̄inde febrire censeat. Apparet autē q̄ p̄cedentib̄ sanctis postq̄ carnis exuerūt amictū populus fuit cure. vñ legiē in macha beis post mortē hieremie: hic ē hieremias ppheta dei: qui plurimū orat p̄ populo. Abraam igit̄ obser

crat adiuuari a salvatore populu infirmis: & quidē p̄tatis vbiū de chana p̄dit vbi dictum est: **Fili'** tu us viuit. Sed vbi efficacia in capbaraum agit. naz ibi filius reguli curat̄ est quasi in agro consolatio nis morans quod significat genus quoddā debilitū non tamē oīo fructibus p̄uatorū. illud aut: **Nisi si gna & pdigia vi. non cre. dictū illi referit ad multū dinē filiorū suorū: & ad ipsum quodammodo: sicut enī iohānes expectabat datum sibi signū. s. sup quem vi deris spii descendantē: sic & premortui sancti adūtūm christi in carnē & signis & pdigis manifestādūz expectabant. Habebat autē hic regulis nō solū filiū sed etiam seruos q̄ quos significat manieres quedā minus bñ. & infinita credentiū nec a casu hora sepi ma deserit filium febrie: nam septenari' numer' est quietis. **ALCVI.** Vel q̄ per septiformē spiritum est omnis remissio peccatorū. Septenari' enī in tria & quatuor diuisiū significat sanctā trinitatē in qua tuor anni temporaib̄: in quatuor mūdi partibus: in quatuor elemētis. **ORIG.** Possunt quoq̄ signifi cari duo aduentū christi vbi ad animā: p̄mis quidē ex facto vino p̄brens anime gaudiū spiritualis cōuiuiū: secundus vero oēs languoris ac mortis reliq̄as amputās. **THEO.** Regulus autē est omnis bō non solum q̄ regi vniuerlorū p̄piriquis existit finiam: sed quia & ipse sup oīa p̄ncipatu sumpsit: cui filius. i. mens febicitat voluptatib̄ p̄tus & desideriis. Accedit autē ad iesu & dep̄catur vt descendat. i. vt cōdescensu minime vta: & parcat peccatis p̄lqz a voluptatū infirmitate mortificet. Sed domin' dicit: **Vnde.** i. pfectum continuū circa bonum ostē das: & tūc fili' tuus viuet. Si autē ambulare cessaueris mortificabis tibi intellectus circa boni operatio nem. **CAPITVLM.V.****

Post hec erat dies festus iūdeorum: & ascēdit iesus hie rosolymam. Est autem hie rosolymis probatica piscina que cōgnominat hebraice bethsaida qnḡ portic' habēs. In his iacebat multū magna languentium cecorum claudorum aridorū: expectantū aque motū. Angelus autem domini descendebat p̄m tempus in piscinam: & mouebatur aqua. Et qui prior descendisset in piscinā post motionē aquae: sanus sicbat a quaciq̄ detinebatur infirmitate. Erat autē quidam homo ibi triginta & octo annos habēs in infirmitate sua. Nūc cum uidisset iesus iacentez: & cognouisset quia iam multū tempus haberet: dicit ei: **Ulis sanus fieri?** Sic p̄dit ei languidus: **Domine homi**

nem non habeo; ut cum turbata fuerit aqua mittat me in piscinam. **D**ū uenio enim ego: aliis ante me descēdit. **D**icit ei iesus: Surge: tolle grabatum tuum et ambula. **E**t statim sanus factus est homo ille: et sustulit grabatum suū et ambulahat. **E**rat autem sabbatiū in die illo. **D**icebant ergo iudei illi q̄ sanat̄ fuerat. **G**ab batum est; nō licet tibi tollere grabatum tuum. **R**espondit eis: Qui me sanum fecit ille mihi dixit: tolle grabatum tuum et ambula. **I**nterrogauerunt ergo eum: Quis est ille homo qui dixit tibi: tolle grabatum tuum et ambula? **I**s aut̄ qui sanus fuerat effect̄ nesciebat quis eēt. **J**esus enī declinauit a turba p̄stituta in loco.

AVG. de con.euā. Post miraculū in galilea suminde hierosolymam redit. vii dicit: Post hec erat dies festus indeoꝝ: et ascēdit iesus hierosolymā. **C**HRY. Nibi videſ q̄ erat dies festus p̄theco stes alcedit aut̄ iesus hierosolymaz semp in diebus festis: et cū eis dies festos faciens nō videat̄ legi ſignis: et ob hoc multitudinē ſimplicem p̄ signa et do crina attrabat: maxime enī in diebus festis hi qui iuncta poſti erant concurrebat. **S**equit̄: Erat aut̄ hiero. p. pisci. q̄ cognō. hebra. bethsa. dñq̄ por. h̄ns. **A**LCVI. probaton grece ouis dicit: p̄batica ḡ p̄ficia peculiariſ dicit: vbi ſacerdotes cadavera ho ſtiaz abliebāt. **C**HRY. Debebat qđem baptisma dari peccata purgans: cui imago p̄ſcripta fuit in p̄ſcina et in aliis pluribꝫ: et p̄mū quidē dedit de aquā expurgantē corpos ſordes et inquinationes nō exiſtentis: sed opinatas puta eas que a funere et que a lepra et que ab aliis talibꝫ deinde infirmitates ouieras paquas facit ſolui. vii ſequit̄: In his iace. mul. mag. lan. ceco. clau. et ari. expe. aque mo. **V**olēs. n. de pp̄nq̄us adducē ad baptifimi donū: non adhuc inquinamēta ſolum mūdat. **S**ed etiaꝝ egritudines sanat̄: ſicut enim ministri qui ppe regē ſunt: his qui ſunt a longe clariores ſunt: ita et in figuris fit. **N**on aut̄ ſimplicerat ſanabat aquazū natura: ſemp. n. hoc fieret: ſed in angeli deſcenſione. viii ſequit̄: Angelus aut̄ dñi dicit. ſm temp̄ in p̄ſc. poſt mo. aque. **S**icut enī et in baptizatis non ſimplicerat aqua operat̄: ſed cum ſp̄ſtancti acceperit grām: tūc omnia ſoluit pecata. **A**ngelus enī deſcen̄t̄ ſe turbabat aquam: et ſanat̄ imponebat virtutē: vt diſcant iudei quoniam multomagis angelorū domin⁹ omnes egritudines anime ſanare pot. ſed tūc quidē infirmitas impedimentū volēti curari fiebat. **S**ubdit enī: Et qui prior dicit. in p̄ſ. poſt mo. aque: ſanis fiebat a qua cunq; detinebat infirmitate. **N**ūc aut̄ vniuſquisq; accedē

poteſt. non enī angelus eſt qui turbat aquā: ſed aŋ geloz domini⁹ qui oia operaſ. ſed eti orbis terrarū vniuersus veniat: grā non conſumif ſed ſimilis manet. ſicut enī ſolares radii per vniāquāq; illuminant diem: et non cōſumunt: neq; a multa largitione misericordia ſit ſolis lux: ita et multo amplius ſp̄ſtancti actō in nullo minuſ a multitudine eoꝝ qui potiunis ea. **H**oc aut̄ ſiebat. ſ. vt vniuſ tñ poſt motionē aque ſanaretur: vt qui diſcerat̄ quoniam in aqua egritudines corporis ſanabant̄: in hoc per multū temp̄ exerſitati facile crederet̄ q̄ et egritudines anime aqua ſanare poſteſt. **A**VGV. plus eſt aut̄ q̄ christ⁹ vitiā ſanauit animaz: q̄ languores corporis moriturorum. ſed quia ipſa anima nō eu ſouerat a quo ſananda erat: et oculos babebat in carne vñ ſacra corporalia videret: et nondū babebat in corde vñ deum latenter cognosceret: ſecit qđ videri poterat: vt ſana retur vñ videri non poſterat. **I**ngreſſus eſt locū vbi iacebat multitudo languentiu: de quibꝫ elegit vnuꝫ vt ſanaret. de quo ſubdit̄. **E**rat aut̄ quidam homo ibi. trīginta et octo annos habens in infirmitate ſua. **C**HRY. Non aut̄ conſefſim eum a principio ſanauit: ſed p̄mū eu ſamiliarē ſibi ſacit: per interrogatiōnem future fidei faciens viam. Non aut̄ expetit ſi dem vt in cecis fecit dices: Creditis quia poſſuiz hoc facere: quia hic nōdū nouerat euꝫ manifeſte quis eſtet. **N**am illi quidē ex alijs eius virtutē cognoscētes: cōuenienter hec audierat̄. Alij vero nondū cum cognoscētes: ſed p̄ ſigna eu ſignituri poſt miracula requirunt̄ de fide. vii ſequit̄: Hūc cum vidiffiſſet iesus iacentē et cognouiffiſſet q̄ multū iam temp̄ haberet dicit ei: Uis ſanuſ ſieri: Nō querit vt diſcat: hoc enī ſupfluū eſſet: ſed vt offendiceret iſtius patientiā q̄ trīginta et octo annos habens: p̄ vniūquēq; annū eripi ab egritudine expectās aſſidebat et non deſiſtebat. **E**t et cognoscam⁹ ppter quā cām dimittens alios adhuc venit: et nō dicit: Uis te curabo: nōdū enī aliquid magnū imaginabaf ille de christo. nō aut̄ turbat̄ eſt ad interrogationem neq; diſxit iniuriari mihi venisti: quādo interrogaſ ſi volo ſan⁹ fieri: ſed manuete reſpōdet̄. **S**equit̄ enim: Respondit lang. Domine hominē non habeo: vt cū tur. fu. aqua mit. me in p̄ſc. dum venio enī ego aliis ante me deſcē. Non nouerat quis eēt: qui interrogaſ: neq; q̄ cū raturus eſſet eu. **O**pinabaf aut̄ fortasse utilem ſibi forte christum ad mittendū eum in aquam. ſed chriſtus oſtēdit q̄ ſeo omnia p̄t facere. vnde ſequit̄: Dicit ei iesus: Surge tolle grabatum tuū et ambula. **A**VGVSTI. Tria diſxit: ſed Surge: non opis im perium ſuit ſed operatio ſanitatis. Sano aut̄ duo impauit: Tolle grabatum tuū et ambula. **C**HRY. Intuere diuine ſapientie ſupabundantiā: non ſoluꝫ ſanat̄: ſed et lecti portare iubet: vt credible ſaceret miraculum: et nullus existimet phantasiā eſſe qđ factum eſt. Non enī niſi certissime et vebemēter cōpacta eſſent mēbra: lectulum ferre poſſet. **A**udiens aut̄ languidus: quoniam cum p̄tate et velut iubēs diſxit: Surge tolle grabatum tuū. non deriſit diſcens. **I**n gelus deſcen̄t̄: et turbat aquam: et ſolū vnuꝫ curat̄. **T**u autem homo exiſtēs ex ſolo precepto: ſperas te magis angelis poſſe: ſed audiuit et non diſcredidit ei qui iuſſit: et ſanis factus eſt. vnde ſequit̄: Et ſati

Johannes

sanctus est homo: et sustinuit. sed ambulauit
BEDA: Multum quippe inter sanationem domini:
et que a medicis inferi distare probatur. hec videlicet; voce iubet et mox impletur. Illa vero per multa temporis interualla aliquotiens perficitur. **CHRY.** Igis mirabile quid est hoc: que aut sequens multo maiora erunt. nam in initio quodam nullo molestate sua deri non ita mirabile est: sicut quod post insanientibus iudeis et accusantibus: christo obedire: et ostendit euangelista consequenter dicens. Erat autem sabbatum in illo die dicere ergo iudei illi qui sanctus fuerat factus: sabbatum est: non licet. tamen. **AVG.** Non caluniabant dominum: quia sanctus fecerat sabbato quasi eis respondere posset: quia si cuiuscumque iumentum in pustulum cecidisset: utique die sabbati erueret illud et salvaret: sed qui portabat grabatum suum. q.d. si sanitatis non erat differenda: nunquid et opus fuerat imperandum. sed ille auctorem sanitatis sue obsecravat calumniatoribus. vñ sequitur: **Respondebit eis:** qui me sanctum fecit: ille mihi dixit. Tolle grabatum tuum et ambula. q.d. quare non acciperem iussionem a quo accepere sanitatem. **CHRY.** Num irum si malignari vellet poterat dicere: Si crimen est accusare eum qui iussit et deponam lectulum: sed et curationes utique occultasset. Etenim sciebat non ita eos esse mortuos ex sabbati solutione: sicut ex ihermitatis sanatione. sed neque hoc occultauit: neque veniam petiit: sed clara voce beneficium confessus est. illi vero maligne interrogauerunt. unde subditur: Interrogauerunt ergo eis quis est ille homo qui dixit tibi: Tolle grabatum tuum et ambula. **No dicunt:** Quis est qui fecit te sanctum: sed in medium inducit id quod transgressio estimabatur. Sequitur: Is autem qui sanctus fuerat effectus nesciebat quis esset. Iesus autem declinauit a tur. consti. in loco. Et per medium quidem et eo absente testimonium insuspicibile fuerit. Qui enim adeptus fuerat sanitatem idoneus erat beneficium testis. demum ut non plus faceret furorem illorum accendi. Solus enim viensis eius cui inuidetur: non parvam inuidentibus immittit scintillam propterea discedens: permisit ab ipsis sum factum exanimari. Quidam estimat hunc paraliticum esse eum qui in mattheo posuit est: sed non est. Ille enim multis habebat sui curam habentes et eum ferentes: hic autem nullum. Sed et locus utriusque diversus est. **AVG.** Siquidem mediocri corde et humano in genio consideremus: hoc miraculum faciente quod ad potentiam pertinet: non magnum aliquid fecit: et quod ad benignitatem parum fecit. Tot iacebant: et unus curatus est cum posset uno verbo oculis erigere: Quid ergo intelligendum est: nisi quia potestas illa et bonitas magis agebat quid anime in factis eius pro salute semper intelligeretur: quod quid per temporalis salute corporis mererentur. In illis enim factis quicquid temporaliter sanatum est in membris mortalibus in fine deficit: anima que creditur: ad vitam eternam transiit. Piscina illa et aqua illa populum mibi videlicet significasse iudeorum. significari enim populos nomine aquarum aperte nobis indicat apocalypsis iohannis. **BEDA:** Bene autem piscina probatica fuisse describitur. Ille enim populus omnis nomine significat: sicut illud psalmi: Nos populus tuus et oves gregis tuus. **AVG.** Aqua ergo illa. et popu-

lus ille quinq[ue] libris moysi tanquam quinq[ue] porticibus claudebatur: sed illi libri probabantur: languidos non sanabatur. **CHRY.** Denique multa genera languentium in eadem lacuerunt: ceci. s. qui scientie lumine carerent: clavis di qui ad ea que iubentur implenda vires non habent. **AVGVS.** Venit autem christus ad populum iudeorum et faciendo magna: docendo virilia turbauit peccatores. et aqua presentia sua: et excitauit ad passionem suam: sed latens turbauit. Si enim cognovisset: nunc glorie domini crucifixissent. Subito enim videbatur aqua turbata: et a quo turbabatur non videbatur. Descendere ergo in aquam turbatam: hoc est humiliter credere in dominum passionem. Ibi sanabatur unus: significans ecclesie unitatem: postea quisquis veniret non sanabatur: quod quisquis preter unitatem fuerit: sanari non poterit: sed illis qui oderunt unitatem: et partem sibi faciunt in hominibus. Habebat autem xxxviii annos in infirmitate: qui sanatus est: hic enim numerus ad languorem pertinet magis quam ad sanitatem. Quadragenarius enim numerus sacratissimus: nobis in quedam perfectione commendatur: quod lex in decem preceptis data est et predicanda erat per totum mundum: qui quatuor partibus commendatur. Denarius autem per quatuor multiplicatus ad quadragenarius peruenit. vel quod per euangelium quod quatuor libros haec impletur lex. Si ergo quadragenarius numerus est perfectio nem legis: et lex non impletur nisi in genuino precepto charitatis: quid miraris quia languebat qui. xl. minus duos habebat: necessarius erat illi homo ad sanitatem. Sed homo ille qui et deus est: et qui illum iacentem duobus minus inuenit: quia duo quedam iubendo quod minus erat impletuit. In duobus enim domini iussis duo precepta significata sunt charitatis: dei dilectione prior est ordine precipiendi: proxima laetitia dilectione prior est ordine facienda. Dicit ergo: Tolle grabatum tuum: quasi diceret: Cui esles languidos portabat te proximus tuus. sanctus factus es: porta proximum tuum. Dicit etiam: Ambula. Sed quo iter agis nisi ad dominum deum tuum? **BEDA:** Quid enim est dicere: Surge et ambula: nisi a temporie et ignorantia in quibus prius iacebas erigere: et in bonis operibus proficere stude. Tolle grabatum tuum. et proximus tuus a quo portaris et ipse patienter tolera. **AVGVSTINVS.** Porta ergo eum cuius quod amulas: ut ad eum pertinias cum quo manere desideras. Ille autem nondum iesum nouerat: quia et nos credimus in eum: quem non videntis: et ut non videantur declinat a turba. Quadam sollicitudine intentionis videtur deus. turba strepitum habet. visio ista secretum desiderat.

Prostea inuenit eum iesus in templo et dixit illi: Ecce sanctus factus es: iam noli peccare: ne deterius tibi ali quid contingat. Abiit ille homo et nunciauit iudeis: quia iesus esset qui fecit eum sanctum. Propterea persequebantur iudei iesum: quia hec fa-

ciebat in sabbato. Jesus autem respondit eis: **Pater meus** usq[ue] modo operatur: et ego operor. Propterea ergo magis querebant eum iudei in terficere: quia non solum soluebat sabbatum sed et patrem suum dicebat deum equalem se faciens deo.

CHRYSO. Curatus homo non secessit ad nudus mas neq[ue] voluptati aut vane glorie dedit seipsum: sed in templo conuersabatur: quod maxime religionis est signum. Vnde dicitur: Postea inuenit eum Iesus in templo. **AVGV.** Dominus quidem Iesus et in turba cum videbat et in templo. Ille autem languidus Iesum in turba non agnoscit: in templo agnoscit in loco sacro. **ALCVI.** Quia si gratiam conditoris cogiscere volim: et ad eius visionem venire: fugienda est turba cogitationum et affectuum prauorum. Declinanda sunt prauorum conuenticula. fugiendo est ad templum: ut nos ipsos templum dei studeamus facere quos deus inuiscere et in quibus manere dignetur. **Sequitur.** Et dixit illi: ecce sanus factus es iam noli amplius peccare: ne detevas tibi aliquid contingat. **CHRYS.** Ubi plus discimus quod ex peccatis eiata est h[oc] egritudo. quia enim sepius animam in nobis egrotantem insensibiliter habemus: corpus autem parvum suscepit lesionem: omne facit studium et ab infirmitate liberemur. propterea deus plus corpus pro his que aia deliquerit: secundo vero genitus est gehenne sermo: tertio quod longum est in futurum supplicium. Dicunt enim quidae: Nunquid quia in breui temporis momento adulteratus suis immortaliter crucior? vide quod hic tanto tempore pro peccatis cruciatur: non enim temporis mensura peccata iudicantur: sed ipsa delictorum natura. **Cuz** his autem et illud discimus: quod si grauem sustineamur penam pro pluribus peccatis: deinde in eadem inciderimus grauiora patientur: et hoc decenter. Qui enim neq[ue] supplicio factus est melior et insensibilis de reliquo et contemptor: ad maius ducetur tormentum. si autem hic non omnes pro peccatis torquentur: non confidamus. Nihil enim nos hic pati: pro peccatis signum est maioris illic futuri supplicij: non autem oes egritudines sunt ex peccatis sed plures. Quidam enim et a pigritia sunt: quedam propter probationem: sicut in iob: sed propter quid paralyticus huic christus de peccatis mentionem facit: Quidam huic paralyticus detrahentes dicunt eum christi fusse accusatorem: et propter hoc haec audire. quid igitur dicitur de paralyticu[m] qui est apud mattheum: etenim et illi dictum est: Dimititur tibi peccata tua. neq[ue] etiam christus hunc incusat de preteritis: sed ad futurum eum munit solum. Alios igitur curans peccatorum non meminit: quia his paralyticis ex peccatis egritudines sunt facte: alijs autem ex infirmitate naturali: vel per hos reliquos omnes admonet. Cum his autem et illud est dicere: quoniam multam vidit inesse anime huius patientiam: et ut valentem suscipere admonitionem eum admonet. Tribuit autem signum ei proprie deitatis. dicendo eum: Non

amplius pecces: ostendit se scire omnina que ab eo facta erant delicta. **AVGV.** Nunc autem ille postea quod vidit Iesum: et cognovit eum auctorem salutis: non fuit piger in euangelizando quem viderat. Vnde sequitur: Abiit ille homo: et nesciavit eis: quia Iesus erat qui fecit eum sanum. **CHRY.** Non ita insensibilis erat: ut post tantum beneficium et admotionem maligna mente hoc dicat. Si enim detrahere veller: sanitatem tacens transgressionem dixisset: sed hoc non fecit: non enim dicit: quoniam Iesus est qui dixit: Lolle grabatum tuum: quod videbat iudeis crimen esse: sed dixit: Quoniam Iesus est qui me sanum fecit. **AVGVSTI.** Sic igitur ille annunciat: illi insiniebant. Vnde sequitur: Propterea persequebantur iudei Iesum: quia hoc faciebat in sabbato. Manifestum enim opus corporale factum erat ante oculos iudeorum: non sanitas corporis: sed reportatio grabari: que non videbatur ita necessaria quemadmodum sanitas. Aperte ergo dicat dominus sacramentum sabbati et signum obseruandi viuus diei ad tempus datum esse iudeis. Impletio nem vero ipsam sacramenti: in illo venisse cum sequitur: Iesus autem respondit eis: **Pater meus** usq[ue] modo operatur: et ego operor. q.d. Nolite putare quia sabbato ita requieuit pater mens: ut ex illo non operetur: sed sicut ipse nunc operatur sine labore: operor et ego. sed ideo dictum est deum requieuisse: quia iam creaturam nullaz condebat: postquam perfecta sunt omnia. quietem vero propterea appellauit scriptura: ut nos admoneret post bona opera quieturos. et sicut deus postquam fecit hominem ad imaginem et similitudinem suam: et perfectit omnia opera sua bona valde requieuit septimo die: sic et tibi requie non speras: nisi cum redieris ad similitudinem in qua factus es: quam peccato perdidisti: et nisi cu[m] bona fu[er]is operatus. **AVGVSTI.** quarto super genesis ad litteram: dici ergo probabiliter potest ad sabbatum sabbatum iudeis fuisse preceptum in via bala futuri: que spiritualem requie significaret: quaz deus exemplo quietis sue: fidelibus bona opera scientibus archana significatione pollicebatur.) **AVGVSTI.** super iohannem: Erit enim sabbat[u]s huius seculi cum transierint sex erates quasi sex dies seculi: nunc enim ventura est requies que promittitur sanctis. **AVGVSTI.** quarto super genesis ad litteram: Quis etiam quietis ipse dominus Iesus mysterium sua sepultura confirmauit. Pro quippe die sabbati requieuit in sepulchro postquam sexto die consummauit opera sua quando ait: Consummatum est. Quid ergo mirum si deus istum diem quo erat christus in sepultura quieturus: volens etiam hoc modo prenunciare ab operibus suis in uno die requieuit: deinceps operatus ordinem seculorum. Potest etiam intelligi deum requieuisse a condensis generibus creature: quia ultra iam non condidit aliqua genera noua. Deinceps autem usq[ue] nunc et ultra operatur eorumdem generum administratio[n]em que tum instituta sunt: non ut ipso saltet die septimo potentia eius a celo et terre omniumque rerum quas considerat gubernatione cessaret: alioquin continuo dilaberentur. Creatoris namque potentia causa est subsistendi omni creature: que ab eis que cre-

Johannes

ata sunt regendis: si aliquando cessaret: simul et eorum
cessaret species omnium natura concideret: neque enim
sicut structuram edium cum fabricaverit quis abscedat:
atque illo cessante stat opus eius: ita mundus
vir ictu oculi stare potest si ei deus regimen suum
subtraxerit: proinde quidem dominus ait: Pater
meus usque modo operatur: continuationem quan-
dam operis eius que universam creaturam continet
atque administrat ostendit. Alter enim posset intelli-
gi si diceret: Et nunc operatur: ubi non esset necesse;
ut operis continuationem acciperemus. Alter au-
tem cogit intelligi cum ait: Usque hunc ex illo scilicet
quo cuncta cum conderet operatus est. AVG.
super iehannem: Ergo tanquam diceret iudeis: Quid
alias expectatis persuaderemus ut non operer sabbato
Sabbati dies vobis ad significationem meam pre-
ceptus est. opera dei attenditis: per me facta sunt
omnia. operatus est pater luceni: sed dixit ut fieret:
si dixit verbo operatus est: et verbum eius ego sum.
Pater meus et tunc operatus est cum fecit mundum: et
usque hunc operatur: cum regit mundum: ergo et per
me fecit cum fecit: et per me regit cum regit. CHR.
Et quidem christus cum discipulis excusare ope-
rabat: dauid conseruum eorum in medium serebat
Quando vero de se ipso erat accusatus: ad patrem re-
fugit. Considerandum etiam quod neque ut homo sol-
lum excusat: sed neque ut deus solum sed quandoque
hoc quandoque illo modo. Volebat enim utrumque
credi et condescensionis dispensationem et deitatis
dignitatem. unde hic equalitatem sui ad patrem ostendit: et in dicendo eum patrem singulariter. Dicit enim
pater meus: et in agendo eadem illi. Dicit enim et ego
operor. unde sequitur: Propterea ergo magis que
rebat eum iudei interficere: quia non solum solue-
bat sabbatum: sed et patrem suum dicebat deum.
AVGVSTI. Non quocumque: sed quid equalem se
facit deo: nam omnes dicimus deo: Pater noster
qui es in celis. Legimus et iudeos dixisse: Cum tu
sis pater noster. ergo non hinc irascerabatur: quia pa-
trem suum dicebat deum: sed quod longe alio modo
quam homines. AVGVSTI. de concordan. etiame.
Dicendo enim pater meus usque modo operatur: et
ego operor: quod ei esset equalis voluit intelligi: conse-
quens esse ostendens: ut quoniam pater operatur:
et filius operetur: quia pater sine filio non operatur
CHRYSO. Si vero non naturalis esset filius
nec eiusdem substantie: hec excusatio maior accusa-
tioni esset. Non enim perfectus regalem legem trans-
grediens poterit effugere: si accusatus se excusat dis-
cens: Quoniam et rex soluit legem. Sed quia par-
est dignitas filii ad patrem: propterea perfecta execu-
satio est: sicut igitur pater operans sabbato absolu-
tus est a crimen: ita et filius. AVGVSTINV:
Ecce intelligunt iudei quod non intelligunt arriani
Arriani quippe inequalem dicunt filium patris: et in
de heres pullat ecclesias. CHRYSOSTOM:
Qui vero nolunt cum bona mente hoc suscipere: vi-
cunt quod christus non fecit se equalem deo. sed iudei
hoc suspicabatur: sed ad hoc per ea que supradicta
sunt superueniamus. Manifestum enim est quod iudei
persequebantur christum: et quod soluebat sabbatum:
et quod dicebat patrem suum deum. unde et quod cons-

uerienter adiungitur: Equalem se faciens deo. ade-
beret premissis in veritate. HYLARI. septimo de
trinitate: Expositio enim euangelista cam sam demon-
strantis cur tam indei interficere vellat. CHR.
Et iterum: si ipse hoc ipsum volebat astruere: sed in
dei hoc inaniter suspicabantur: non dimisit onus
eorum mentem in errore: sed corexit: neque enim eu-
gelista hoc tacuisse sicut supra de eo quod dictum
est: Soluite templum hoc. AVG. Non tam in
dei intellexerunt christum esse filium dei: sed intel-
lererunt in verbis christi: quod talis commendaretur
filius dei quod equalis esset deo: quia ergo nesciebant:
talem tamen predicari agnoscebant. Ideo dicit: Es
qualem se faciens deo. non aut ipse se faciebat equa-
lem: sed ille illum generat equalem.

Respondit itaque iesus et dixit eis
Amen amen dico vobis: non potest
filius a se facere quicunque: nisi quod ui-
derit patrem facientem. Quicumque
enim ille fecerit: hec et filius similiter
fecit. Pater enim diligit filium: et omnia
demonstrat ei que ipse facit: et
maiora his demonstrabit ei opera
ut nos miremimi

HYLA. vii. de trinitate: Ad violati sabbati obies-
terum sibi reatum dixerat: Pater meus usque modo
operatur et ego operor: et usurposse hoc ex auctoritate
intelligeretur exemplis. Significans tamen hoc quod
ipse ageret patris opus esse intelligentium: quia ipse
in se operaretur operante: et rursum aduersum eam
imuidiam quod se deo equasse paterni nominis usur-
patione: volens et natuitatem confirmare et nature
virtutem proficeri: respondit. unde dicitur: Respon-
dit itaque iesus et dixit eis: Amen dico vobis: non po-
test filius a se facere quicunque: nisi quod viderit patres
facientem. AVG. Quidam qui christianos se ha-
beri volunt: arriani heretici dicentes ipsum filium
dei qui suscepit carnem: minorem esse quam pater est.
capiunt et his verbis causam calumniae et reprehensionis
nobis: Videtis quia dominus iesus cum aduerties-
ret iudeos ex hoc moueri: quia patri deo equalem
se faceret: talia verba subiunxit: ut se equalem non
esse monstraret. Qui enim non potest: inquit a se
facere quicunque: nisi quod viderit patrem facientem:
et quod minor est non equalis. Sed si deus erat ver-
bum: et est deus maior et deus minor: duos deos co-
limus: non unum deum. HYLA. septimo de tri-
nitate: Ne igitur exequatio illa per nomen naturae
natuitatis que filius est auferet eidem: aut filium ab
se nihil facere posse. AVG. Tanquam diceret: Quid
scandalisati estis: quia patrem meum dixi deum: et
quia equalem me feci deo: ita sum equalis: et ille
me genuerit: non ut ille a me: sed ego ab illo sum fi-
lius: hoc est esse quod posse. Quia ergo substantia
filii de patre est: ideo potentia filii de patre est: quia
ergo filius non est a se: ideo non potest a se: sic ergo
non potest filius a se facere quicunque: nisi quod videt
patrem facientem: quia videre filii hoc est natura:

esse de patre: non alia visio est eius: et alia substantia eius: totum quod est de patre est. **HYLA.** xij. de trinitate: Ut autem maneret salutaris in parte et filio: confessionis nostre ordo naturam nativitatis ostendit: que potestatem efficiendi: non per incrementa indultarum ad unumquodque opus virium sumeret: sed de cognitione presumeret. presumeret autem non de aliquo operis corporalis exemplo: ut quod prius pater ficeret: id postea filius factus esset. sed cum ex patre filius esset natus per virtutis ac nature in se paternae conscientiam: nihil nisi quod patrem facientem vidisset: filium facere posse testatus est. non enim corporalibus modis deus videt: sed visus ei omnis in virtute nature est. **AVG.** ii. de trinitate: Hoc autem si propterea dictum accipimus: quia ex forma accepta ex creatura minor est filius: consequens erit ut prior pater aquas ambulauerit: et cetera que filius in carne apparens inter homines fecit ut possit filius ea facere. quis autem vel delyr ista sentiat. **AVGVSTI.** super iohannem: Imbulatio tamen illa carnis supra mare a patre fiebat per filium. Quando enim caro ambulabat et divinitas filii gubernabat: pater absens non erat cum filius dicat: Pater in me manens ipse facit opera: cum ergo diceret: Non potest filius a se facere quicquam. Ne forte carnalis subiperet intellectus: ut ficeret sibi homo quasi duos fabros: unum magistrum: alterum discipulum: ut quomodo ille fecerit archam: iste facit alteram secutus ait: Quaecumque enim ille fecerit et filius similiter facit. Non ait: Quaecumque pater facit et filius alia familia facit: sed hec eadem mundum pater: mundum filius: mundum spiritum sanctum. Si unus deus pater: et filius: et spiritus sanctus: unus mundus factus a patre per filium in spiritu sancto. Nec ergo eadem facit. Addidit autem: Similiter: ne alius error in animo nasceretur. Ut detur enim corpus hoc idem facere quod animus: sed non similiter. animus enim imperat corpori: corpus visibile est: animus inuisibilis: ut faceret aliqd seruum: iubente domino fecit: idem ab vitroque factum est: sed nunquid similiter? Non ergo sic pater et filius: sed hec eadem facit et similiter facit: ut intelligamus similis potentia facere filium eadem ipsa que facit pater. Equalis igitur est patri filius. **HYLA.** vii. de tri. Uel aliter: Omnia et eadem ad ostendendum nature virtutem locutus est. Et igitur natura eadem: cum eadem omnia posse nature sit. Ubi vero si similiter per filium omnia eadem sunt: similitudo operum solitudinem operantis exclusit. Nec igitur est vere fidei nostre intelligentia: quia sub una hac significatione testantur et similiter facta naturitatem: et eadem facta naturam. **CHRY.** Uel aliter: Tunc quod dicitur: Seipso non potest filius facere quicquam: intelligentum est: quia nihil contrarium patri: nihil alienum ab eo facere potest. Ideo autem dicit: Quoniam nihil contrarium facit: sed quoniam non potest facere: et hinc ostendat indissimilitudinem et certitudinem parilitatis. Non enim imbecillitate filii: sed multam eius virtutem ostendit hoc verbum. sicut enim ei dicimus: Impossible est deum peccare: non imbecillitatem eius accusamus: sed ineffabilem quan dam virtutem eius testamur: ita cum dicit filius: No

